*Navar.l.4.conſ. in 1.edit.t.de ſponſ.conſ.5.n.2.* ubi doctrinam hanc ſolemnem, & receptam appellat: ergo a fortiori, cum Tridentinum dicat, ut nullus audiat confeſſiones, niſi approbatus ab Epiſcopo, non comprehendentur nomine Epiſcopi, prælati inferiores, nec vicarius. 2. Confirm. quia expreſſe *gloſ. Clem.un.de foro comp. verb.Diœceſanis*, ubi textus concedit diœceſano, poſſe concedere licentiam, ut Epiſcopi expulſi exerceant juriſdictionem in diœceſi, ait eam non poſſe concedere vicarium: ergo. Hanc tenent *Hoſt. ſum. t. de pœnit. & remiſ.§. Cui confitendum, fi. nu.14. Archid. c.2. eod. t. in 6. fin. & ibi Jo. Andr. init Dom. n.6. Anchar. num. 1. notab. 2. Franc 7. idem Anchar. Clem. dudum §. Statuimus, notab. 1 de ſepult. Abb. Clem. 1. de privil. n. 11. Henric. c. Ne pro dilat. n.3. de pœnit. & remiſ. Alb. in ſuo diction. lit. V. verb. Vicarius, verſ. Vicarius etiam Epiſcopi, Beroius conſ. 12. nu. 11. vol. 1. Sotus 4.d.18.q.4.a.3. verſ. Circa conceſſiones. Fr. Alex. in ſum. 1.p.c.3 de poteſt. confeſſ. n.14 Jac. Sbroz. l.2. de vic. Epiſc. q.13 n.2. & q.15. n.2.* Et nec poſſe ipſum vicarium generalem Epiſcopi audire confeſſiones, ſine licentia Epiſcopi ſpeciali, videntur tenere *Hoſt. Abb. Beroius, Fr. Alex. prox. cit.* ajunt enim in his ſpiritualibus nullam habere poteſtatem vicarium, ſed in ſolis contentioſis. Et tenent expreſſe *Jac. Sbroz. q 14 proxime cit. nu 3.* Et hæc ſent. eſt ſatis probabilis.

15 II. Sent. probabilior, ait, poſſe vicarium generalem Epiſcopi ex officio audire confeſſiones, & aliis licentiam audiendi concedere in tota diœceſi: & ita comprehendi nomine proprii ſacerdotis, in *c. Omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ.* Prob. primo, quia eſt ordinarius, & vere prælatus in tota diœceſi, parochiſque ſuperior: ergo poteſt ex officio audire confeſſiones, & id committere. 1. quia cum conſtituat unum tribunal cum Epiſcopo, ejuſque perſonam repræſentet *c.2. de conſuet. in 6. & c. Romana, de appell. in 6.* approbatus ab Epiſcopi Vicario, cenſetur approbatus ab Epiſcopo; quod amplius nu. ſeq. in ſolut ab Epiſcopo quod amplius nu. ſeq. in ſolut. ad 2. arg. oſtendemus. Hanc tenent *Hoſt d.c. Omnis utriuſque ſexus, ſuper verſ. A proprio ſacerdote, Jo. Andr. ibi, n.12. Ant. n.37. Anchar. n.8. Card. n.5. Abb. n.12. Henric. n.28. Rebuf. ſup. verb. Proprio ſacerdot. verſ. Potuerunt etiam religioſi, idem Card. Clem. Dudum, de ſepult. §. Extra civitatem, d.5. Roſella, Confeſſio ſacramentalis 3.n.1. Angel. Confeſſ. 3.n.3. Sylv. Confeſſor. 1.q.1. Rip. de remed. ad curand. peſt. §. Sed quia uſu videmus, n.32 Jac. de Cochis in repet. d. c. Omnis utriuſque ſexus, n. 15. Nav.* dicens nullum id negare, *c. Placuit de pœn. d.6. num.62. verſ. Infertur & tertio Greg. Lop. l.21. verb. Otro ſuperlado, c.4.p.1.* Et ex Theolog. *Gabriel 4.d.17.q.2. a.1. an. fin Palac. 4.d.17. diſp.7.f.266 col 1. verſ. Preter hæc Enriq. l. 6. de pœn. c.13. n.3. in comm. lit. M.* Ad idem ſunt alii DD. qui, cum *Clem. 2. de privil.* excommunicentur religioſi miniſtrantes Euchariſtiam, Extremam unctionem, vel ſolemnizantes matr. abſque parochi licentia: ajunt, hunc, qui poteſt prædictam licentiam concedere, eſſe Epiſcopum, ejuſque vicarium generalem, & proprium parochum. Hi ſunt *Card. ea Clem. 1. q. 20. Anchar ibi, q.7. Bonifac. ibi, n. 34. Roſell. Abſol. 1. num.43. Angel. excomm. 5. caſu 12. n.6. Sylv excomm. 7. caſu 14. dub. 11. n.39. Tab. excomm. 5. caſu 11. q. 3. n.4. Nav. ſum. c. 27. nu. 102. & l.4 conſ. in 1. edit. t. de ſponſ. conſ. 47. n.1. in 2. tr. de cland. deſponſ. conſ. 14. n.1.* Et e Theolog. *Caiet. ſum. verb. excomm. c. 54. Suar. 3.p.q.82. art.2. diſp.72. ſect.3 fol. 159. col. 1.* ubi amplius dicit, Epiſcopi vicarium habere juriſdictionem ſuperiorem circa ſacramentorum adminiſtrationem, quam parochus. Inſuper ultra dictos auctores, alii etiam docent poſſe vicarium Epiſcopi tanquam proprium ſacerdotem, audire confeſſiones: quamvis de licentia alii concedenda non meminerint. Sic *Tab. Abſol. 1. n.31. notab. 14. Ant. Cucus l.5. inſt. major. t.4. num.168. Margarita confeſſ. f. 8. col 2. Alcocer. ſum. c.9. concl.5. f.32. Gutier l. 1. q. can. c.27. num.24. Lancelot. inſt. jur. can. l.2. t. de pœnit. & remiſſ. verb. Proprio ſacerdoti, Enriq. l.6. de pœnit. c.7. n.3. Maurus Ant. Corona confeſſ. materia de confeſſione t. de miniſtro, n.30. verſ. Ex dictis ſequitur.* Et loquuntur poſt decret. *Trid ſeſſ.23. c.15. de reform.* ubi ſolis approbatis ab Epiſcopo permittitur audire confeſſiones, *Nav. c. d. Placuit, in nova edit. Alcocer. Ant. Cucus, Enriq. Suar. Lancelot. Maur. Ant. prox. cit.* Et expreſſe *Palac. ea diſp. 7. f. 266. col. 2. fi. verſ. Hæc autem*, tenent etiam poſt dictum decretum poſſe vicarium generalem approbare confeſſores, ſicut Epiſcopum. Idemque dicendum eſt de vicariis capituli ſede vacante, aliorumque prælatorum habentium juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Nam hi omnes eadem juriſdictione, qua Epiſcoporum vicarii, gaudent; ut probavi nu. 4.

16 Ad arg. prioris ſent. propoſita n. 14. reſpondetur Ad 1. nego, vicarium generalem Epiſcopi tantum habere juriſdictionem in contentioſis: nam cum ſit ordinarius, & vere prælatus, ſuperiorque parochus in adminiſtratione ſacramentorum, habet etiam in his ſacramentis, & ſpiritualibus juriſdictionem. Nec obſtat *c.2. de offic. vic. in 6.* dum enim ibi dicitur habere juriſdictionem tantum in civilibus, non excluduntur ſpiritualia, ſed ſolum cauſæ criminales, de quibus cognoſcere nequit vicarius abſque ſpeciali commiſſione. Ad 2. dico, dum petitur ibi, ut Confeſſarii ſint approbati ab Epiſcopo, non excludi ejus vicarium generalem: quia nomine Epiſcopi, ubi non excluditur vicarius, & eſt res, quæ convenit vicario ex ejus officio, intelligitur etiam ejus vicarius generalis. Ut optime docet *gl. c. un. verb. per Epiſc. de capellis monach. in 6.* ubi etiam *Domin. n.8. verb. 8. Nota bene iſtam gl. & ibi Franc. c.4 Felin. c. Si quis contra, n.3. verſ. Sed cave, de foro comp. Jac. Sbroz. l.2. de vicario Epiſc. q.201. n.2. & q 43. n.28. & 29.* Et conſtat hoc ex *eod. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform.* ubi cum voluit vicarium excludere, expreſſit dicens, *eis tantum, non eorum vicariis ſit permiſſum*. Inſuper, quia *idem Trid. ſeſſ. 25. c.3. de ref.* dicitur, ſolos Epiſcopos poſſe concedere litteras excommunicationis pro rebus ablatis, & tamen id poſſe vicarios generales, nomineque Epiſcoporum comprehendi, docent bene *Gutier. l.1. can. c.11. nu.8. Jac. Sbrozius l.2. de vic. epiſc. q.171. n.2 Enriq. l.13. de excommun. c.17. n.4. Manuel 1. to. ſum. 2. edit. c.79. nu.1.* contra *Bannes 2.2.q.66.a.6.f.404. col.2. id negantem*. Item cum *ſeſſ. 24. ejuſdem Trid. c.20. de reform.* dicatur ad ſolos Epiſcopos pertinere cognitionem cauſarum matrimonialium, dicemus nu. 15. cum multis, pertinere etiam ad vicarium generalem. Ad 1. confirm. dico DD. aſſerentes nomine diœceſani non comprehendi Prælatos Epiſcopo inferiores, intelligi de Prælatis non habentibus juriſdictionem epiſcopalem in diœceſi, excluſis Epiſcop. ut bene docent *gl. Clem. unica, de foro comp. verb. Diœceſanis*, ubi *Card. §. Per præmiſſa, q.2. n.2. Immola nu 38. idem Abb. ibi n.15. & Clem. 1. de vita & honeſt. cleric. num. 1. & Clem. 1. de jure patr. n.1. Felin. c. cum olim, de præſcrip. n.1. verſ. Secundo limita, Covar. c. Joannes, n.1. de teſtam.* Quod confirmatur ex eo, quia *illo c. Joannes*, dicitur ad diœceſanos ſpectare, cogere teſtamentarios exequi teſtamentum, & tamen communiter ibi DD. tradunt ſpectare etiam ad Prælatos habentes juriſdictionem epiſcopalem. Ita *Joan. And. d. c. Joannes, n.9. Card. n.6. q.3. Anchar. n.5. fin. Abb. n.2. Barbar. col. 7. Cov. n.1. Sylv. Teſtam. 2. q.3. dict. 3 Matienz. l 5. recop. 4. l.14. gl.1. n. 46.* Et ex Theologis, *D. Ant. 3 p. t. 10. cap. 3. §. 9. Molina tom. 1. de juſt. tract. 2. diſp. 250. §. pen.* Similiter ergo non excludetur vicarius Epiſcopi: qui unum tribunal cum ipſo conſtituit, eademque perſona cenſetur. Ad 2. confirm. dico, non excludi vicarium, eo quod text. diœceſani licentiam poſtulet, ſed quia res ea eſt ardua, nec in generali vicariatus conceſſione clauditur.

*S U M M A R I U M.*

*An poſſit vicarius generalis Epiſcopi aſſiſtere matrimonio, & aliis id committere, & cognoſcere de cauſis matrimonialibus? refertur opinio negans, num. 17. & ibi, ſtylus curiæ facit jus. Contraria ſententia verior, 18.*

*An poſſint idem vicarii habentium juriſdictionem epiſcopalem, & ordinum militarium, n.19. Et quid de vicario foraneo? 20.*

*Solvuntur argumenta n. 21. Et explicatur c. Accedentibus, de exceſſibus prælator. & Trident. ſeſſ. 24. c. 20. de reform.*

QUæſtio III. An poſſit vicarius generalis Epiſcopi, ex proprio officio, abſque ſpeciali commiſſione, intereſſe matr. & alii Sacerdoti licentiam aſſiſtendi concedere? Quidam negant poſſe. Sic *Petr. de Ledeſ. de matr. q.45. a.5 punct. 3. dub. 4. f.192.* Et pro hac ſent faciunt DD. allegati, nu. 14. aſſerentes, vicarium Epiſcopi non eſſe proprium Sacerdotem ad excipiendas confeſſiones abſque ſpeciali commiſſione: quia idemmet eſt proprius Sacerdos in utroque caſu, ut dixi hoc 3. l. diſp. 23. n. 10.) Et probatur hæc ſent. quia vicarius ex generali commiſſione non poteſt de cauſis matrimonialibus cognoſcere: ergo nec aliquos matrimonio copulare. Prob. antecedens ex *cap. Accedentibus, de exceſſ. prælat.* ubi dicitur hanc cognitionem eſſe dignitatis Epiſcopalis: & *Trid. ſeſſ. 24. c.20. de reform.* dicit ad ſolos Epiſc. hoc pertinere: & ita docent *gloſſ. d. cap. Accedentibus, verb. Dignitatis, & ibi Ant. num. 1. Idem Ant. c. 1. de conſang. num. 11.* ubi *Abb. nu. 11. & Præpoſ. nu. 5. Bertach. tract. de Epiſcopo, l.4. p.6. q.20. Rebuff. prax. benef. in forma vicariatus nu. 155. Lex 7. t. 14. p.4. & ibi Greg. Lop. verb. a los Obiſpos* imo *Menoch. conſ. 17. n 7. & conſ. 69. n.55. & ſeq. vol. 1.* defendit cauſas matrimoniales non poſſe delegari vicario, & ducitur: quia ſtylus curiæ facit jus, ut tradunt, cum multis DD. citatis, *Flam. de reſig. benef. l.1. q.2. n.8. & q.2. l.10. nu.15. Ant. Cuc. l.1. inſt. major. tit. 8. n 1.* qui toto eo titulo conſulendus eſt; late enim agit de hujus ſtyli viribus. Sed ſtylus curiæ habet, ut hæ cauſæ ſolis Epiſcopis delegentur, ut docent *Joan. Andr. cap. Cauſam matrimonii, num. 2. de officio delegati*, ubi *Anton. n. 2. Abb. num. 1. Decius num. 1.* 17

Sed multo verius eſt, poſſe ex generali inſtitutione vicariatus, intereſſe matr. committereque alii, ut interſit. Probatur primo, quia *Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de matr.* expreſſe dicit, poſſe aſſiſtere parochum, vel alium Sacerdotem de licentia Ordinarii, ſed vicarius Epiſcopi eſt Ordinarius, comprehenditurque in decretis mentionem de ordinario facientibus: ut probavi num 3. & 5. ergo poteſt aſſiſtere, & dare licentiam aſſiſtendi. Secundo, quia ex generali commiſſione vicariatus poteſt de cauſis matrimonialibus cognoſcere: ut habet verior ſent. & probatur ex *c. 1. de frigidis, & malef.* ubi dicitur, proponendam eſſe querelam coram Epiſcopo, vel ejus miſſo, ad divortium: ubi *gl. verb. Miſſo*, explicat, id eſt, vicario: & *c. fin. de cogn ſpir.* dicitur propoſitum eſſe impedimentum matr. coram officiali Cantuarienſi: & ſic ſupponitur eum poſſe de cauſis matrim. cognoſcere: & docent *Hoſtienſ. c. Litteras, de reſt. ſpol. Ant. c. fin. num. 2. de cognat. ſpir.* ubi *Abb. num. 4. Alex. de Nevo n.5. Præpoſ. num. 3. Anch. cap. 1. de frigidis, & malef. n. 6.* ubi *idem præpoſ. n.1. Lambert. de jure patron. 3. p. l. 2. qu. 2. art. 3. num. 2. Covar. 4. decr. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 1. Ant. Cucus l. 2. inſtit. major. tit. 8. num. 105. Jac. Sbroz. l. 2. de vicar. Epiſc. q. 44. fine, Salzedo pract. cap. 73. ad fin. Ant. Gomez ſuper Bullam cruc. c. 4. p. 4. num. 28.* Si ergo poteſt de cauſis matrimonialibus cognoſcere, poterit a fortiori aſſiſtere matr. idque committere. Tandem, quia idem eſt proprius Sacerdos ad audiendas confeſſiones, & ad aſſiſtendum matr. ut probavi hoc l. 3. diſp. 23. n. 10. ſed vicarius generalis Epiſcopi eſt proprius Sacerdos ad audiendas confeſſiones, ut probavi nu. 15. ergo & ad matr. Et ita in propriis terminis tenent hanc ſent. *Nav. l. 4. conſ. t. de ſponſ. in 1. edit. conſ. 47. nu. 1. in 2. t. de clandeſt. de ſponſ. conſ. 14. n.1. Enriq. l. 11. de matr. c. 3. n.4. Salzedo pract. c. 75. verſ. 14. Segura direct. judic. 2. p. c. 15. n.46. & c. 16. n.2. Spino ſpecul. teſtam. gl. 15. n.38. Manuel 1. to. ſum. in 2. edit. c. 2. 19. nu. 15.* Et pro hac ſententia eſt *Flamin. de reſign. benef. l.3. q.11. n.20. & 21.* ubi docet, quoties in Tridentino, ut *d. cap. 1. de matrimonio*, mentio fit de Ordinario, comprehendi nomine Ordinarii, vicarium Epiſcopi. 18

19 Idem dicendum eſt de vicariis habentibus juriſdictionem epiſcopalem. Quia ſunt Ordinarii, & nomine Ordinarii comprehenduntur: ut probavi nu. 4. & 5. Sic *Navar. nu. præcedenti citatus*. Idemque de vicariis ordinum militarium in ſuis vicariis, dicendum eſt eadem ratione. Sic *Manuel. 1. tom. ſummæ, 2. edit. cap. 219. num. 15.*

20 Foraneus autem vicarius, licet non poſſit aſſiſtere matr. nec alii licentiam aſſiſtendi dare, abſque ſpeciali commiſſione: ſi tamen matrimonialium cauſarum cognitionem ab Epiſcopo delegatam habeat, poterit. Si enim poteſt de cauſa principali cognoſcere, poterit de minus principali, & acceſſaria, ac præambula: *reg. cui licet quod plus eſt, de regulis juris in 6.* Sic *Segura directorii 2. p. cap. 15. num. 46. & cap. 16. num. 2.*

21 Ad argumentum contrariæ ſententiæ, propoſitum nu. 17. dictum eſt nu. 18. poſſe talem vicarium de cauſis matrimonialibus cognoſcere. Nec obſtant textus, dicentes ad Epiſcopos ſpectare, non enim ob id excluditur vicarius: ut probavi n. 16. Nec obſtat ſtylus curiæ delegandi eas ſolis Epiſcopis. Quia ſæpe delegantur non Epiſcopis, ut docet *Abbas c. Cauſam matr. n.1. de offic. deleg.* & conſtat ex *c. Propoſuiſti, de probationib.* ubi delegatur cauſa matrimonialis propoſito cuidam, qui Epiſcopus non erat, ut advertit *ibi Decius n. 1.* & idem in multis aliis teſtibus, quos allegat. Et eſto, non poſſet de illis cognoſcere, non ſequitur non poſſe aſſiſtere matrimonio, vel alii aſſiſtendi licentiam dare: quia parochus utrumque poteſt: cum tamen nequeat de cauſis matrimonialibus cognoſcere.

## D I S P U T A T I O XXX.

An ſi vicarius Epiſcopi ſit revocatus morte ipſius Epiſcopi, aut revocatione facta per ipſum, dum revocationem ignorat: aut ſit ſuſpenſa ejus juriſdictio excommunicatione Epiſcopi, valide aſſiſtat matrimonio, aliique licentiam aſſiſtendi concedat?

*S U M M A R I U M.*

*Tripliciter poteſt vicarii juriſdictio ceſſare, & quando ceſſat morte: refertur opinio dicens non ceſſare ipſo jure: & ita valide aſſiſtere, num. 1.*

*Ceſſat omnino Epiſcopi morte, & geſta poſtea per ipſum ſunt nulla, 2.*

*Quid, quoad negotia incepta: & qualiter in hoc differat a delegato, 3.*

*Quid ſi mors non ſit intimata vicario, vel ignoret illam, cum communiter ſciatur: aut e contra illam norit, communiter tamen ignoretur, 4.*

*Quando Epiſcopus eſt excommunicatus, an ſit ſuſpenſa juriſdictio vicarii, ita ut geſta per ipſum non valeant, refertur duplex opinio, 5.*

*Suſpenditur juriſdictio vicarii, & geſta per ipſum non valent, 6.*

*Quid quoad negotia cepta, & qualiter in hoc differat a poteſtate delegati, 7.*

*Idem dicendum eſt, quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus, vel interdictus denuntiatus, 8.*

*An tunc ceſſet prorſus, vel ſuſpenſa ſit juriſdictio vicarii, poſſitque procedere in cauſa vicario delegata, 9.*

*Quid, ſi Epiſcopo excommunicato vicarius aſſiſtat matr., vel alii committat, nu. 10. & ibi, quid ſi Epiſcopus excommunicatus vicarium, aut parochum conſtituat, aut parochus excommunicatus vicecuratum, & ſic inſtitutus matr. aſſiſtat.*

*Quid, ſi vicarius revocatus ſit ab ipſo Epiſcopo, ejuſque revocatio communiter ignoretur, licet ipſe ſciat: vel communiter ſciatur, ipſe tamen ignoret, num. 11. Et ibi, quid de legato revocato. Et juriſdictio non aufertur ignoranti, & gratia non expirat ante revocationem.*

*An ſat ſit qualiſcumque revocationis notitia in ipſo vicario: refertur opinio affirmans, num. 12. & contraria nu. 13 Ubi quid de revocatione delegati.*

1 TRipliciter poteſt vicarii poteſtas ceſſare, 1. morte ipſius Epiſcopi. 2. excommunicatione Epiſcopi. 3. per revocationem, quia ſcilicet, revocatur ab Epiſcopo: de quo triplici modo revocationis ſeorſum agendum eſt: Et primo: quando vicarii poteſtas ceſſat Epiſcopi morte. *Enriq l.7. de indulgent. c.21. n.5. in commento lit. S.* ait non ceſſare juriſdictionem vicarii ipſo jure, per Epiſcopi mortem, ſed per capitulum deponi, unde conſequenter tenetur dicere, poſſe aſſiſtere matr. eamque licentiam dare, donec deponetur: & poteſt probari, quia eſt juriſdictio ordinaria, quæ concedentis morte expirare non ſolet. Quæ ratio non urget, quia diſp. præced. nu. 13. reſpondi id eſſe verum, quando non eſt acceſſoria ordinariæ juriſdictioni concedentis: ut eſt juriſdictio vicarii.

Ideo omnino tenendum eſt, juriſdictionem vicarii Epiſcopi ipſo facto omnino ceſſare Epiſcopi morte: atque ita omnia poſtea per ipſum geſta, nullius eſſe momenti, tanquam geſta a privato quodam, juriſdictioneque carente. Prob. quia eſt prorſus idem tribunal, & reputatur eadem utriuſque perſona, *c. 2. de conſuetud. in 6. & c. Romana de appellat. in 6.* ergo cum morte Epiſcopi ceſſet ejus tribunal, ceſſabit etiam vicarii. 2. quia ideo excommunicatione Epiſcopi ſuſpenditur juriſdictio vicarii, ut ſtatim nu. 6. probabo, quia eſt ſuſpenſa juriſdictio Epiſcopi, ejuſque tribunal. Sic tenent *gl. fi. Clem. fi. de procur.* ubi *Immola n.17. Bonif. n 38. Hoſt. c. Quoniam Abbas, ad fi. de offic. deleg. Archidiac. c.1. de offic. vicar. in 6. fi.* ubi *Franc. n. 3. Bal. l. Aliquando, q.10. ff. de proconſ. Ant. c. tua nobis, de offic. vicar. n.9.* (alias refertur, *c. Sua nobis*,) *& ibi Anchar. n.3. Abb. num. 4. idem Abb. c. Extirpandæ, §. Quia vero n.14. de præben. & c. Licet, de offic. deleg. n.8. & d. c. Quoniam Abb. n.10. Felin. c. Ex parte decani n.19. verſ. Fallit octavo, de reſcript. Alciat. rubr. de offic. ord. nu. 24. Jac. de ſancto Georgio, l. More, n.35. ff. de jurid. omn. jud. Faber inſtit. de mandato, §. Item ſi adhuc, n.5. Bertach. in ſuo repertorio, lit. V. verb. Vicarius, ſub n.40. verſ. Vicarius Epiſc. & tract. de Epiſc. l.4. p.7. n.6.* habetur *t.13. tractatuum noviorum p.2. Rebuf. c. 2. Poſtulatis, notabil. 2. nu. 16. de clero excom. miniſtr. & praxi benefic. in forma vicariatus, n.162. Sylv. verb. Vicarius, q.4. fi.* ubi *Tab. q. 7. Armil. n. 10. Marant. pract. 4 p. d. 5. princip. an judicium ſit ordin. n.62. Nav. c. nullam 18. q. 2. n.22. corrollario 12. ad fin. Cov. 9. pract. c. 4. num. 4. Avend. c. Prætor, p. 1. c. 3. nu. 3. init. Avil. c.5. Prætorum, gl. Suſpendidos, n. 10. Ant. Cucus l. 2. inſt. maj. t.8. n.133. Molin. l.1. primog. c.25. n.13. Paz pract. 1. p.1. Tempore 1. num.9. Azeb. l.3. recop. t.9. l 1. n.13. Flamin. l.7. de reſign. benef. qu. 24. num 35. Sbroz. de vicar. Epiſc. l.3. q.18. nu.7. & q. 45. nu.3. Ugol. de cenſur. tabul. 2. c.11. §.3. n.8 Bobad de politic. l.2. c.16. nu. 145.* Et ex Theologis, *D. Ant. 3. p. t. 19. c. 10. §.2. Enriq.* ſibi contrarius, *l.6. de pœn. c.13. n.3. Lud. Lop. 1. p. inſtructorii, in 2. eod. 284. f. 792.* 2

Hæc autem revocatio poſt mortem, eſt etiam quoad negotia cepta: illa enim perficere nequit vicarius Epiſcopo mortuo. Quare in hoc differt a delegato, cujus poteſtas non expirat quoad incepta, morte delegantis, *c. Gratum, de offic. deleg.* Et ratio differentiæ eſt, quia Epiſcopi, & vicarii eſt unum & idem tribunal: non ſic autem delegantis, & delegati. Sic *Abb. c. Licet de offic. deleg. n.8. Rebuf. praxi beneficior. t. de forma vicariatus, n.162. Bertachin. utroque loco, Cov. Ant. Cucus Sbroz. ambob. locis, relati nu. præced.* Pro hac etiam parte ſunt DD. quos n.7. referam dicentes excommunicatione Epiſcopi ſuſpendi juriſdictionem vicarii etiam quoad negotia cepta. Falſo tamen *Sbrozius l. 3. de vicar. Epiſcopi, q. 45. num. 2.* aliquos refert dicentes, non expirare quoad negotia cepta: loquuntur enim in judice delegato. 3

Operatur autem effectum hæc revocatio per mortem, etiam non intimata vicario. Ut docet *Felin.* cum aliis *c. Ex parte decani n.19. verſ. Fallit octavo, de reſcript. Flam. l.8. de reſign. beneficor. q. 24. n. 36.* Utrum autem quando ignorat vicarius mortem, aut communiter ignoratur, valeant interim geſta per vicarium? dixi hoc 3. l. diſp. 22. num. 59. valere quando communiter ignoratur, quamvis ipſe mortis conſcius ſit: non autem quando communiter ſcitur, licet ipſe ignoret. 4

In II. caſu, quando ſuſpenditur juriſdictio vicarii, excommunicatione Epiſcopi: aliqui cenſent ſuſpenſa juriſdictione Epiſcopi per ipſius excommunicationem, valida eſſe geſta per vicarium, ſive res ſit integra, ſive non. Sic *Ricard. 4. d. 18. a. 10. q. 4. Sylv. Abſolutio 2. q. 6.* Alii dicunt re non integra, minime ſuſpendi juriſdictionem vicarii, ſecus re integra: & ita ſolum valere geſta per eum quoad negotia cepta. Sic *Armill. verb. vicarius num. 10.* 5

Ceterum dicendum eſt, ſuſpenſa juriſdictione Epiſcopi per ipſius excommunicationem (quod evenit, quando eſt denuntiatus, aut notorius percuſſor clerici, juxta dicta hoc 3. lib. diſp. 22. nu. 32) ſimiliter eſſe ſuſpenſam ejus vicarii juriſdictionem: atque ita ſicut geſta tunc per Epiſcopum pertinentia ad juriſdictionem, ſunt irrita, ſimiliter dicendum eſt de geſtis ab ejus vicario generali. Quia eſt unum, & idem tribunal. Prob. ex *c. 1. de offic. vicarii in 6. fin. ibi, Ea tamen quæ ipſi gerendo hujuſmodi vices, agunt eo totaliter excommunicato manente, ſi juriſdictionem recipiunt tantum ab eodem, non poſſunt obtinere vigorem.* Et ita tenent *gloſ. ibi verb. Ipſius. Archid. ibi num. 1. verb. Gerunt, in fi. Hoſt. ibi ſuper eod. verb. Gerunt Jo. And. nu. 2. Anchar. n.2. & ibi Domin. nu.6. verſ. In ead. gl.* ibi, *Is cui in fin. illius & ibi Franc. num. 6. idem gloſſ Clem. final. de procurat. fin.* ubi *Card. ad fin. q. 16. & ibi Immola num. 17. Bonifac. nu. 39. & idem Cardin. Clem. 2. de reſcript. qu. 8. & ibi Anchar. col. 1. fin. Speculator t. de judice delegat. §. Reſtat videre nu.7. Abb. c. Quoniam Abbas de offic. deleg. nu. 10. Felin. c. Inſinuante, num. 2. de offic. deleg. Bald. c. Licet undique, n. 12. eod. Romam. ſingul. 626. Pariſius conſ. 89. nu. 6. vol. 4. Selva beneficior. p. 2. qu. 14. num. 6. Rebuf. praxi beneficior. t. de forma vicariatus, nu. 217. & ſuper regul. 13. cancellariæ, ſuper §. Aut vicarios perpetuos; & cap. Poſtulatis, notab. 2. n. 16. de clerico excommunicato miniſtrante, Bertachin. in repertorio, lit. V. verb. Vicarius, ſub num. 20. verſ. Vicarii, & domini. Maranta de ordine judiciorum, 4. p. d. 5. principali, an judicium ſit ordinarium, n.70. Sylv. verb. Vicarius, q. 4. d. 4. & Tab. num. 8. Ant. Cucus l. 2. inſtit. major. t. 8. n. 134. Sbrozius de vicario Epiſcopi, l.3. q.17. nu.1. Gutier. q. canon. l.1 c.1.* 6

*nu.* 83. & 84. *Ugolin. de cenſur. tabula* 2. *c.* 11. §. 3. Et ex Theologis *D. Ant.* 3. *p.* 19. *c.* 10. §. 2.

7 Quod verum eſt, etiam quoad negotia cepta, ante Epiſcopi excommunicationem: in quo differt vicarius a delegato, cujus poteſtas non ſuſpenditur per delegantis excommunicationem, ſaltem quoad negotia cepta. Cujus differentiæ rationem conſtitui nu. 3. Sic *Hoſtin. Jo. Andr. Domin. Anchar. Franch. Tabien. locis præced. num. alleg.*

8 Idem dicendum eſt, quando Epiſcopus eſt interdictus, vel ſuſpenſus, ob eamdem rationem. Sic *Pariſ.* 89. *n.* 10. *fin. vol.* 4. *Bertachin. tract. de Epiſ. l.* 4. *p.* 5. *nu.* 69. *Rebuf. praxi beneficior. t. de forma vicariatus, n.* 217. *Ant. Cucus l.* 2. *inſtitut. major. t.* 8. *n.* 134. *Sbrozius l.* 3. *de vicar. Epiſc. q.* 17. *num.* 4. Intellige hodie poſt Conc. Conſtant. quando eſt denuntiatus, nam ante denuntiationem retinet juriſdictionem.

9 Quamvis autem excommunicato Epiſcopo juriſdictio vicarii ſuſpendatur, adhuc tamen verus vicarius manet, retinetque juriſdictionem habitualem, ſicut & ipſe Epiſcopus. Unde fit, ut ſi cauſa delegetur ab alio vicario Epiſcopi, non ſuſpendatur cognitio hujus cauſæ per excommunicationem Epiſcopi: cum ex una parte verus vicarius ſit, & ex altera, juriſdictio in ea cauſa non dimanet ab Epiſcopo. Sic *Paulus Clem.* 2. *de reſcrip. & ibi Card. q.* 8. *Anchar. col.* 1. *fin. Felin. c. Inſinuante num.* 2. *de offic. deleg. Sbrozius de offic. vicarii, lib.* 5. *q.* 17. *n.* 10.

10 Ex dictis infertur, quid dicendum ſit in ea quæſtione, an ſuſpenſa juriſdictione Epiſcopi per excommunicationem, aut ſuſpenſionem denunciatam, poſſit ejus vicarius valide intereſſe matr. aliique id committere? Dicendum enim eſt, utrumque poſſe, quia neutrum eſt actus juriſdictionis, (ut diximus hoc 3. l. diſp. 21. n. 4. & 7.) qui vero cenſent eſſe actum juriſdictionis, neceſſario tenentur dicere, non valere: quia uſus juriſdictionis ſuſpenſus tunc eſt. Si tamen Epiſcopus ſuſpenſus, vel interdictus, vel excommunicatus denuntiatus, aut notorius clerici percuſſor, inſtitueret vicarium, aut parochum: aut parochus excommunicatus vicecuratum, illeque aſſiſteret matr. vel alii committeret, nihil valeret, quia illa inſtitutio eſt manifeſtus actus juriſdictionis, & proinde facta a ſic excommunicato nihil valet: quare ille aſſiſtens matr. non eſſet verus vicarius, parochus, aut vicecuratus. Quod ſi replices, licentiam aſſiſtendi conceſſam per Epiſcopum, aut parochum ſic excommunicatum, validam eſſe: eo autem ipſo quod vicarium, aut vicecuratum inſtituunt, virtute conferre illis licentiam aſſiſtendi matrim. ergo ſi aſſiſtat, validum erit matr. Reſp. minime conferre talem licentiam directe, ſed indirecte, conſecutive, & acceſſorie, in quantum ſcilicet conferunt officium vicarii, parochi, aut vicecurati, quorum officio annexum eſt, intereſſe matr. quare cum principalis collatio officii invalida ſit, corruet acceſſorium: *Regul. cum principalis*, 138. *ff. de regul. jur.*

11 In 3. caſu, quando ſcilicet vicarius eſt revocatus ab ipſo Epiſcopo: ſi revocatio nota ſit vicario, nec communis error adeſt, manifeſtum eſt geſta per ipſum eſſe irrita. quare ſi matrim. interſit vel alii committat, nil valere. Quia juriſdictione prorſus caret: quando autem eſſet communis error revocationis, etiam ipſo illius conſcio, dixi hoc 3. l. diſp. 22. n. 59. valere geſta per ipſum, per *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* Si autem ipſe revocationem ignoret, quamvis non ſit communis error, valent geſta per ipſum, donec ipſi revocatio intimetur. Per *l. Si forte* 17. *ff. de offic. præſid.* ibi, *Si forte præſes provinciæ manumiſerit, vel tutorem dederit, priuſque cognoverit ſucceſſorem adveniſſe, erunt & hæc rata.* Ubi *gloſ. verb. Cognoverit*, ait, *uſque ad ejus adventum durat ejus juriſdictio.* Hoc eſt contra aliquos, quos refert *Boerius deciſ.* 247. *nu.* 12. & 13. dicentes non valere geſta poſt revocationem, etiam vicario non intimatam: cum quibus ſentit dicens eſſe communem ſententiam *Alberic. l. More n.* 22. *ff. juriſd. omn. judic.* ſed non loquitur in vicario Epiſcopi, ſed in delegato. Noſtram tamen ſententiam tenent *Boerius ibi. Selva benefi.* 2. *p. q.* 14. *n.* 13 *Bertach. in repertorio, lit. V. verb. Vicarius, ſub n.* 70. *verſ. Vicarius Epiſcopi, primum, & lit. C. verb. Collatio, ſub n.* 50. *verſ. Collatio benefic. facta a vicario. Rebuf. praxi benef. tit. de forma vicariat. n.* 210. *Roland. conſ.* 46. *nu.* 28. *vol.* 1. *Sbroz.* multos referens, *l.* 3. *de vic. epiſc. q.* 36. *n.* 6. & *ſeq. Flam. lib.* 7. *de reſign. benefic. q.* 24. *nu.* 41 *Ant. Cucus l.* 2. *inſt. maj. t.* 8. *nu.* 146. *Anaſt. Germon. de indultis* §. *Tibi quoad vixeris, nu.* 60. & *ſeq.* Pro hac etiam ſententia ſunt *Bart. l. Barbarius, in* 2. *lectura, n.* 18. *ff. de offic. prætor. & ibi Bald.* 2. *lect. n.* 28. ubi docent juriſdictionem non adimi ignoranti. Favent etiam *gl. c. Auditis, de procur. verb. Ad illum*, docens non ceſſare juriſdictionem judicis, donec certior reddatur de revocatione, & *Abb. c. Audita, n.* 13. *de reſtit. ſpol.* dicens valere proceſſum factum a judicibus revocatis, ante revocationis certificationem, quando revocatio eſt in præjudicium tertii. Et *Alberic.* ſibi contrarius *d. l. Barbarius nu.* 30. & *l. Mandatum, n.* 10. *C. mandati*, docens etiam in judice delegato exigi jure canonico revocationis notitiam: quod idem de delegato aſſerunt *Ricard.* 4. *d.* 18. *a.* 4. *q.* 5. *Roſell. Excommunicatio* 6. *n.* 46. *Menoch. de arbitr. l.* 2. *cent.* 2. *caſu* 185. *n.* 40. & *ſeq.* Et ſubdunt *Ricard.* & *Roſell.* aliquos probabiliter limitare, niſi delegans expreſſerit nolle valere ex tunc, quando revocat. Et tandem pro eadem parte ſunt *Sylv. verb. Gratia q.* 2. *n.* 4. ubi *Armill. nu.* 6. *Enriq. l.* 6. *de pœnit. c.* 7. *n.* 2. *in commento, lit. G.* ubi cenſent gratiam conceſſam non expirare ante revocationis notitiam. Aliqui temperant, niſi culpa ſua revocetur vicarius, dicentes tunc non oportere, ut intimetur vicario revocatio. Sic *Selva benefic.* 2. *p. q.* 14 *n.* 13. Sed melius *Ant. Cucus lib.* 2. *inſtitutionum major. tit.* 8. *n.* 149. docet neceſſariam eſſe tunc revocationis intimationem: ne culpa vicarii aliis noceat.

12 Difficultas autem eſt, an ſatis ſit qualiſcumque notitia revocationis in vicario, ut ſi fide dignus caſu novit revocationem, certioremque faciat vicarium? Quidam aſſerunt ſatis eſſe: per *l. Si forte*, 17. *ff. de offic. præſid.* ubi ſolum dicitur valere geſta, priuſquam cognoverit præſes adventum ſecundi: ergo ſatis eſt, quovis modo cognoſcat. Sic *gl. Clem. Cauſam, de electione, verb. Plena, & cap. Cupientes, verb. Notitiam, de elect. in* 6. ubi *Archid. num.* 3. *verſ. Notitiam, Domin. ibi* §. *Hac generali, n.* 7. *Franc. ibi, in princ. n.* 5. *Calderin. rubr. de offic. Vicarii conſ.* 4. *Felin. c. Ceterum, num.* 11. *de reſcript. Bertach. tract. de Epiſcopo, p.* 7. *l.* 4. *q.* 21. *Sbrozius de vicario Epiſcopi, l.* 3. *qu.* 33. *nu.* 10. & hanc partem tenuiſſe Senatum Burdegalenſem refert *Boerius dec.* 347. *nu.* 15.

13 Verius tamen eſt exigi, ut certior fiat vicarius de revocatione per ipſum Epiſcopum, aut ejus epiſtolam, aut alium nomine ejus, ut per ejus procuratorem, vel nuntium ab ipſo ad id deſtinatum. Nam per eaſdem cauſas res naſcitur, & diſſolvitur, *c.* 1. *de reg. jur.* ſed conſtitutio vicarii exigit unionem voluntatum Epiſcopi conſtituentis, & vicarii acceptantis, quæ acceptatio exigit notitiam talis inſtitutionis per nuncium ab ipſo Epiſcopo deſtinatum: ut in alio ſimili probavi l. 1. diſp. 6. nu. 28. ergo ſimiliter diſſolutio, & revocatio exigit revocationem conſtituentis, & notitiam revocationis per nuncium deſtinatum, Epiſcopique nomine notificantem. Sic docet *Boerius ea dec.* 347. *a n.* 14. *uſque ad* 18. *Rebuf. prax. benefic. tit. de form. vicariat. n.* 212. *Ant. Cucus l.* 2. *inſtit. major. tit.* 8. *n.* 147. Idemque eadem ratione dicendum eſt de revocatione delegati, quam intimari neceſſe eſſe probavi n. 11. hæc enim intimatio debet eſſe per nuntium ad id deſtinatum, ſicut & ipſius delegati conſtitutio.

## DISPUTATIO XXXI.

An non tantum parochi proprietarii, qui habent beneficium parochiale: ſed parochi delegati, quos Epiſcopi conſtituunt, & ad nutum ipſius amoveri poſſint, & vicecurati inſtituti a parochis proprietariis, poſſint alteri Sacerdoti licentiam aſſiſtendi matrimonio concedere?

### *SUMMARIUM.*

*Ordinarius poteſt delegare, non autem delegatus, niſi ſit Principis ſupremi, num.* 1.

*Delegatus ad univerſitatem cauſarum, reputatur ordinarius, & poteſt delegare,* 2.

*Non poteſt totam ſuam juriſdictionem delegare, ſed unam, vel alteram cauſam,* 3.

*Quis dicatur delegatus ad univerſitatem cauſarum: & quis ad generalitatem: & an hic poſſit ſubdelegare,* 4.

*An quicumque delegatus poſſit ſubdelegare, quando ordinarius delegans conceſſit ſibi hanc facultatem, refertur opinio negans, n.* 5. *& contraria verior, nu.* 6. *& explicatur l.* 1. *ff. de officio ejus, quando quæ ſpecialiter conceduntur a lege judicibus Ordinariis, non poſſint per ipſos delegari.*

*An ſatis ſit licentia tacita Ordinarii, ut delegatus ſubdeleget, & quando hæc contingat.* 7.

*An poſſit Ordinarius concedere delegato, ut nomine ſuo ſubdeleget?* 8.

*An poſſit delegatus ſubdelegare, cum poteſtate ſubdelegandi, inſtar Ordinarii?* 9.

*Delegatus inferioris Principis ad unam cauſam, an poſſit articulum illius cauſæ ſubdelegare, num.* 10. *& ibi explicatur c. cum Bertoldus, de ſent. & re judic.*

*Ordinarius an poſſit totam ſuam juriſdictionem alteri committere, & parochus inconſulto Epiſcopo vicecuratum inſtituere,* 11.

*Parochi proprietarii poſſunt dare alteri facultatem aſſiſtendi matrimonio, cum facultate ſubdelegandi,* 12.

*Parochi non proprietarii poſſunt licentiam aſſiſtendi matrim. alii ſacerdoti concedere,* 13.

*Quid ſi ad breve tempus ab Epiſcopo, vel parocho proprietario inſtituatur?* 14.

*An parochi non proprietarii poſſint ad breve tempus vicecuratum inſtituere,* 15.

*An hic delegatus a parocho non proprietario, poſſit alii licentiam aſſiſtendi matrimonio concedere?* 16.

*Parochi non proprietarii an poſſint dare licentiam aſſiſtendi matrimonio, cum poteſtate delegandi?* 17.

*An poſſint ſuo delegato ſic dicere, Ex nunc concedimus licentiam illi ſacerdoti, quem tu elegeris, nu.* 18. *Et ibi explicatur, an juriſdictio poſſit eſſe incerta?*

*Quando parochus præſens aſſumit vicarium, an hic vicarius poſſit delegare?* 19.

*An ſi Epiſcopus, vel ejus vicarius committat ſacerdoti, ut recipiat informationem, & teſtes de habilitate aliquorum ad matrim. & poſtea eos habiles repertos matrimonio jungat, poſſit hic ſacerdos delegare?* 20.

*Sacerdos delegatus ad aſſiſtendum alicui matrimonio, an poſſit ſubdelegare? & quid, ſi ſit delegatus ad aſſiſtendum omnibus matrimoniis parochiæ, vel tali tempore occurrentibus?* 21.





1 UT clarior reddatur hujus diſp. deciſio, oportet aliquot præmittere fundamenta. I. eſt. Hoc diſtat inter ordinarium, & delegatum: quod ille, cum jure proprio, & in ſe ipſo juriſdictionem radicatam habeat, poteſt delegare: hic autem, cum nihil proprium habeat, ſed alienæ juriſdictionis uſum, non poteſt delegare: excepto delegato ſupremi principis. 1. pars, nempe, ordinarium poſſe delegare, habetur expreſſe *l. More ff. de juriſd. omn. jud. & l. Cognitio* §. *Cum propriam ff. de offic. ejus, & c. Cum Epiſcopus, de offic. ord. in* 6. 2. pars, nempe delegatum non poſſe ſubdelegare, habetur *l. fi. ff. de offic. ejus, & l. Judice C. de Judiciis.* 3. autem pars, ſcilicet, eſſe ſpeciale in delegato principis, poſſe ſubdelegare, habetur *c. fi. de offic. deleg. init. & c. Cum cauſam, de appellat. & d. l. A judice, & l.* 19. *tit.* 4. *p.* 3.

2 II. Fundamentum eſt, Delegatus ad univerſitatem cauſarum, reputatur quaſi ordinarius, & ſubinde, delegare poteſt. Sic colligitur ex *l.* 1. §. *Ab eo ff. quis, & a quo*, ibi, *Ab eo, cui quis mandavit juriſdictionem, non ipſe provocabitur, nam & generaliter is erit provocandus ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, qui provocaretur ab eo, qui mandavit juriſdictionem.* Ubi textus docet, cum quis delegatus ſubdelegavit, eſſe appellandum ad primum delegantem: atque ita ſupponit poſſe delegatum ſubdelegare: ubi *gl. verb. Non ipſe, & verb. Ab eo*, explicat de delegato ad univerſitatem cauſarum: idem tenet *gl. l. A judice, verb. Non habet, C. de judiciis, & c. Cum cauſam, de appellat. verb. Delegatus. Hoſtien. c. fi. de offic. ordin. paulo poſt princ. d. c. Cum cauſam, verb. Delegare. Jo. Andr. c. Omnis de pœnit. & remiſ. n.* 31. *verſ. In gl. executionem. Ant. c. Super quæſtion.* §. *Si vero, n.* 17. §. *de offic. deleg.* ubi *Immola n.* 24. *Felin. n.* 17. *Abb. d. c. Cum cauſam, n.* 12. & *c. Cum Bertod. n.* 20. *de ſent. & re judic. Alex. de Nevo d. c. cauſa, n.* 24. *Bart. l. More, n.* 11. *ff. de jurid. omn. judic.* ubi *Alex. n.* 26. *Cacialupus n.* 22. *Bald. l. Solet, n.* 1. *ff. eod. t.* ubi *Angel. n.* 1 *Alex. n. fi. Alberic. l. A judice, n.* 1. *C. de judiciis*, ubi *Salicet. n.* 2. *Alex n.* 7. *Bolognetus l.* 2. *n.* 40. *fi. ff. de offic. ejus, Bertach. in repert. lit. D. verb. Delegatus ad cauſam unam, ante* 10. *Henric. c. fi. de offic. deleg. n.* 7. *Villalobos in comm. lit. D. num.* 57. *Maranta pract.* 4. *p. d.* 5. *principali, an judicium ſit ordinarium, n.* 27. & 55. *Roſell. verb. Delegare, init. Angel. verb. Delegatus, num.* 6. ubi *Sylv. q.* 8. *dict.* 3. *Tabiena Excomm.* 5. *caſu* 11. *q.* 3. *num.* 4. *Navar. poſt l.* 5. *conſ. in* 1. *edit. addit. ad l.* 1. *t. de offic. ordinarii, conſ. ult. fin. Cov.* alios referens 3. *var. c.* 20. *nu.* 11. *Mandoſ. reg.* 4. *Cancellat. q.* 3. *num.* 4. *Azebedo l.* 3. *recop. t.* 9. *in rubr. n.* 14. *Ugolinus de cenſuris tabula* 1. *c.* 8. *nu.* 3. Et ex Theologis, *Enriq. l.* 6. *de pœnit. c.* 7. *nu.* 3. *in comment l. N. Lud. Lop.* 1. *p. inſtruct. in* 2. *edit. cap.* 284. *f.* 797. Et eſt communiſſima ſententia: quamvis non deſint auctores oppoſitam ſentientes, nempe, ſubdelegare non poſſe, ut ſunt *Decius c. Cum cauſam, nu.* 29. & 30. *de appellat. Curtius d. l. More, nu.* 67. & *alii.*

3 Intellige tamen, delegatum ad univerſitatem cauſarum poſſe unam vel alteram cauſam ſubdelegare, non tamen univerſam ſuam delegationem. Quia etiam ordinarius id non poſſet, inconſulto principe: ut dicemus n. 11. Sic *gl. c. Cum cauſam, verb. Delegatus, de appellat.* ubi *Ant. n.* 11. *Alex. Nevo num.* 26. *c. Abb. Cum Bertoldus n.* 20. *de ſent. & re judic. Alex. l. A judice, num.* 8. *C. de judic.* ubi *Jaſon n.* 8. *Bart. Joan. Andr. Bard. Albic. Marant. Roſella, Sylv. Cov. Azeb. Ugolinus, Lud. Lop. num. præcedenti.*

4 III. Fundamentum ſit, quis dicatur delegatus ad univerſitatem cauſarum? Talis enim dicitur, quando ei genus cauſarum committitur, ſub uno nomine collectivo, quamvis non ſit generaliſſimum, ſed ſubalternum, licet ſit reſtrictum quoad tempus, ut ſi committantur cauſæ tali anno occurrentes, vel quoad quantitatem, ut cauſæ 10. librarum, & infra, vel quoad locum, ut cauſæ talis loci. Sic *Bart. l. Legatus, n.* 4. *ff. de offic. proconſ. Azeb. l.* 3. *recopil. t.* 9. *l.* 1. *n.* 5. Unde infertur eſſe delegatum ad univerſitatem cauſarum, quando commiſſio eſt univerſalis quoad cauſas, ſpecialis autem quoad locum: ut ſi committantur omnes cauſæ talis territorii. Sic *Bart. & Azeb. prox. cit. Bald. d. l. Solet, nu.* 1. & *ibi Angel. nu* 1. & *Alex. n.* 9. *Idem Bald. l. A jud. n.* 4. & *ibi, Salicet. nu. C. de jud. Bertach. in repertor. lit. D. verb. Delegatus ad unam cauſam, ante n.* 10. Idem dicendum eſt, quando indefinite cauſæ talis territorii delegarentur. Sic *Salicet. eo. n.* 3. Idem quando delegatio eſt univerſalis reſpectu perſonarum, licet non quoad cauſas: ut ſi omnes cauſæ mutuæ talis territorii alicui delegentur. Quia cauſa mutui eſt genus, multas ſub ſe continens ſpecies. Sic *Bald. d. l. Solet. n.* 1. *q.* 4. ubi *Alex. n.* 9. *Socin. d. l. More, num.* 40. *Bertach. prox. allegat.* Idem dicendum eſt, quando delegatio eſt univerſalis quoad cauſas & perſonas, Hoc eſt contra *Bald. l. A judice, nu* 4. *C. de jud. & ibi Jaſon n.* 8 & *Azeb. l.* 3. *recop. t.* 9. *l.* 1. *n.* 4. ubi dicunt non eſſe delegatum ad univerſitatem cauſarum, niſi territorii mentio fiat: ſed verius eſt eam mentionem neceſſariam non eſſe, & ita tenent *Bart. d. l. Legatus, n.* 4. *Socin. d. l. More, n.* 38. Difficultas autem eſt, quando delegatio eſt generalis quoad cauſas, ſpecialis vero, & coarctata reſpectu perſonarum: ut ſi committantur omnes cauſæ, quæ vertuntur inter Titium, & Sejum? Nam *Bart. d. l. Legatus n.* 4. licet aliquantulum dubius, tenet hunc eſſe delegatum quoad univerſitatem cauſarum: idem *Oroſcius d. l. Legatus, nu.* 10. & 11. Quia hæc commiſſio eſt generalis in genere ſubalterno, & poteſt recipere augmentum, & diminutionem, quæ eſt inter cauſas. Item quia (ut proxime diximus) quando commiſſio eſt coarctata quoad locum, tempus, vel quantitatem, conſtituit delegatum quoad univerſitatem cauſarum: ergo quando eſt coarctata quoad perſonas: non enim invenitur congrua differentiæ ratio. Sed verius eſt non eſſe delegatum quoad univerſitatem cauſarum, ſed tantum quoad generalitatem cauſarum. Quia cum limitatur tempus, vel locus, vel quantitas, univerſalior eſt cognitio, & commiſſio, quam cum limitantur perſonæ: nam in priori caſu, plura poſſent eſſe negotia, & omnia eo tempore, vel in eo loco, vel in ea quantitate, occurrentia committuntur: in poſteriori autem, multo pauciora negotia occurrunt. Sic *Guillelm. l. A judice, C. de judiciis*, ubi *Bald. n.* 4. *Salicet. n.* 3. *idem Bald. d. l. Solet. n.* 1. *q.* 3. ubi *Angel. n.* 1. & *Alex.* dicens eſſe commun. ſent. *n.* 9. *Socin. d. l. More, n.* 41. *Bertach. prox. citat. Azeb. l.* 3. *recop. t.* 9. *l.* 1. *n.* 4. & 5. Quando autem commiſſio eſt certarum cauſarum, inter certas perſonas, vel certarum cauſarum limitato numero, in tali caſu, eſt commiſſio ſpecialis: ut ſi delegentur decem cauſæ tali territorii. Sic *Bald. d. l. Solet, nu.* 1. *q.* 2. & *ibi Angel. n.* 1. *Socin. d. l. More, n.* 42. & 43. Utrum autem delegatus ad generalitatem cauſarum poſſit unam ſubdelegare? Affirmat *Azeb. l.* 3. *recop. t.* 9. *rubr. n.* 14. Et poteſt probari ex doctrina *Bart. l. more n.* 11. *ff. de juriſ. omn. jud.* dicentis delegatum ad unam cauſam, poſſe quemdam articulum illius cauſæ ſubdelegare: ergo ſimiliter delegatus ad plures cauſas, poterit unam. Sed hæc doctrina in nullo jure probatur, & ideo dicendum eſt, non poſſe unam cauſam ſubdelegare: & ita tenent *Angel. l. Solet. n.* 1. *ff. de juriſd. omn. jud. Salic. l. A judice, n.* 4. *C. de judiciis. Henric. c. fi n.* 8. *de offic. deleg.* Nec confert doctrina *Bartoli* quia communiter reprobatur, niſi intelligatur cum quadam limitatione: ut dicemus num. 10.

5 IV. Fundamentum eſt. Non modica verſatur difficultas, an delegatus inferioris principis, qui non eſt ad univerſitatem cauſarum, poſſit ſubdelegare, quando ordinarius delegans conceſſit illi ſubdelegandi poteſtatem? Quidam negant poſſe ſubdelegare. Quia, quæ lege conceduntur ſpecialiter, ſeu in privilegium, judicibus ordinariis, non poſſunt per eos transferri in alios, *l.* 1. *in princ. ſecundum commun. intellectum ff. de offic. ejus*, ſed poteſtas delegandi, ſpecialiter conceditur ordinariis *l. More ff. de juriſd. om. jud.* ergo non poſſunt hanc facultatem transferre in delegatum, conceſſa illi ſubdelegandi poteſtate. Sic videtur tenere *gl. c. ſuper q.* §. *porro, verb. Transfert, de offic. deleg.* & dicit forte eſſe verius *Immol. ibi, n.* 21. idem tenet *Card. Clem.* 1. *q.* 12. *de offic. deleg. Alex. l. A judiciis, n.* 9. *C. de judic. Bolognet. l.* 1. *n.* 39. & 40. *ff. de offic. ejus* limitans quando abſque cauſa juſta hanc facultatem concederet ordinarius: *Franc. c. Is cui, fin. de offic. deleg. in* 6. & re vera, idem tenet *Dominicus ibi fin.* quamvis enim cum diſtinctione loquatur, at re vera tenet non poſſe delegatum ex facultate ordinarii ſubdelegare, ſed tantum aſſignare perſonam, cui ordinarius delegavit: & hanc ſententiam dicit forte eſſe veriorem. *Cacialupus l. More, n.* 10. *ff. de juriſd. omn. jud.*

6 Verum tenendum eſſe poſſe. Quia tunc non videtur ipſe delegatus ſubdelegare, ſed ordinarius delegans: juxta *l. Unum ex familia*, §. *Si de Falcid. ff. de leg.* ubi habetur, eligentem juſſu teſtatoris, nullum beneficium conferre, quia non ipſe, ſed teſtator jubens conferre cenſetur. Solet etiam probari ex *l. Non diſtinguemus*, §. *fi. ff. de recept. arbit.* ibi, *itque deleg. non poſſe, niſi ad hoc compromiſſum ſit.* Ubi decernitur arbitrum delegare non poſſe, niſi hoc commiſſum ſibi ſit: ſicut ergo arbiter, eo quod ex conſenſu partium juriſdictionem recipit, poteſt ipſiſmet partibus, quæ ſibi juriſdictionem conferunt, conſenſum præſtantibus, alii ſubdelegare: ſic delegatus, cum juriſdictionem ex delegatione, & conſenſu ordinarii habeat, poterit ex ejuſdem conſenſu ſubdelegare. Nec obſtat ratio oppoſitæ ſententiæ, & textus; nam ea, quæ ſpecialiter alicui conceduntur, non poſſunt in alium transferri, quando taliter conceduntur majoribus, ut minoribus denegentur: at quilibet ordinarius, quantumvis minimus, poteſt delegare *Sic gl. fin. c. Is cui, de offic. deleg. in* 6. *Bart. l. More, num.* 12. *ff. de juriſd omn jud.* ubi *Alber. num* 14. *Alex. n.* 17. *Bald. l. Solet, n.* 1. *eod. t. & l. A judice, nu.* 2. *C. de jud.* ubi *Salicet. in fi. & Jaſon num.* 8. & 9. dicens eſſe commun. ſent. *Abb. c. cum Bertoldus, n.* 24. *de ſent. & re jud. & c. Super quæſtionum* §. *Porro, nu.* 2. *de offic. deleg.* ubi *Felin.* §. *Si vero, nu.* 18. *Alex. de Nevo d. c. Cum Bertoldus, num.* 57. & *c. Cum cauſam, n.* 2. *de appellat. Bertach. in repertorio, lit. D. verb. Delegatus ſubdelegat. Maranta pract.* 4. *p. d.* 5. *principali, an judicium ſit ordinarium, n.* 63. *Roſell. verb. deleg. init. ibi Tab. q.* 1. *Armil. n.* 7. *Angel. verb. deleg. num.* 6. & *ibi Sylv. q.* 8. *d.* 3. *Nav. c. Placuit num.* 70. & 7. *de pœnit. d.* 6. *Mandoſ. reg.* 4. *cancella. q.* 3. *n.* 7. *Ant Gabr. t.* 1. *commun. in mea edit. l.* 5. *verb. deleg. f.* 180. *Bolognetus l.* 1. *num.* 40. *ff. de offic. ejus. Azeb. l.* 3. *recop. t.* 9. *in rubr. nu* 14. & 19. ubi alios refert: *Ugolin. de cenſur. tabula* 1. *c.* 8. *n.* 3. Et ex Theologis, *Sotus* 4. *d.* 18. *q.* 4. *a.* 3. *verſ. Circa conceſſiones, Metina tr.* 2. *de confeſſione, q. de licentia vicecurati, alieno ad confitendum, fin. Compendium: Mendicantium verb. Abſolutio ordinaria, quoad fratres, fi. Paſſarellus in comp. Minimorum c.* 14. *fin. Enriq. l.* 6. *de pœnit. c.* 7. *n.* 6. *Bart. a Ledeſ. de pœnit. dub.* 13. *concl.* 1. *fin. f.* 792. *Lud. Lop.* 1. *p. inſtruct.* 2. *edit. cap.* 284. *f.* 797.

7 Sufficiet autem ad hoc licentia tacita ordinarii: ut docent *Alex. conſ.* 157. *vol.* 2. *Jaſon l. A judice nu.* 9. *C. de judiciis, Felin. Maranta, Nav. nu.* 71. *alleg. num. præced.* Hæc autem tacita licentia eſt, cum delegatus ordinario ſciente, & patiente delegat. Sic *Alex. Jaſon. Felin. Maranta, ibid.* & conſtabit ex dicendis hoc 3. l. diſp. 35. nu. 20. ubi dicemus hanc eſſe ratihabitionem de præſenti, quæ juriſdictionem confert. Similiter erit tacita licentia, quando ex uſu, aut conjecturis ſufficientibus appareret id velle ordinarium. Sic *Nav. eod. num.* 71.

8 Non tamen poterit Ordinarius concedere poteſtatem ſubdelegandi, nomine ipſius delegati, ſic dicens, Subdelega nomine tuo. Quia poteſtas ſubdelegandi non poteſt fundari in perſona delegati. Sic *Felin. c. Super quæſtionum §. Si vero, nu. 18. verſ. limita, niſi dares de offic. deleg.*

9 V. Fundamentum ſit: Nullus delegatus etiam principis, poteſt ſubdelegare, cum facultate ſubdelegandi; unde in hoc diſtat ab Ordinario, quod minimus ordinarius hoc poteſt; ut diximus n. 6. non autem ſupremus delegatus, qualis eſt principis. Hoc eſt contra *Jaſonem l. A judice, n.9. C. de judiciis*, dicentem, forſan poſſe hoc delegatum principis. Sed communiter reprobatur; quia delegatus non habet facultatem ultra ſibi commiſſam, Ordinarius autem habet poteſtatem univerſalem: ergo cum ſolum delegato principis, & ad univerſitatem cauſarum reperiatur in jure conceſſum, poſſe ſubdelegare, & nullibi concedatur poſſe dare facultatem ſubdelegandi, id non poterunt. Ita tenent *gl. c. Super quæſtionum, §. Porro, verb. Transfert, de offic. deleg.* ubi *Abb. eod. §. n. 2. Archid. c. Quamvis, initio, de offic. deleg. in 6. Jo: Andr. c. Is cui, n. 2. eod. tit. & lib. Alex. d. l. A judic. n. 9. Bertachin. in repertorio lit. D. verb. Delegatus ſubdeleg ſub n. 10. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali an judicium ſit ord. n. 63. Cacialup. l. More, n. 18 ff. de juriſd. om. jud. Tab. verb. deleg. q. 1. Villalob. in comm. lit. D. n. 55. Mandoſ. reg. 4. cancellar. q. 3. nu. 7. Ant. Gabr. to. 1. comm. in mea edit. l. 4. verb. deleg. f. 180. Bolognet. l. 1. nu. 138. ad fi. verſ. Quinto poteſt ff. de offic. ejus, Azebedo l. 3. recop. t. 9. rubr. n. 11. Grat. reg. 443. n. 8.*

10 VI. Fundamentum ſit: Delegatus inferioris principe ad unam cauſam, non poteſt totam illam ſubdelegare, nec articulum juriſdictionem continentem: poteſt tamen articulum, qui nudi miniſterii eſt, v. g. committitur alicui receptio teſtium, hic actus eſt juriſdictionalis, cum teſtes non ſunt approbati, ſeu interrogatoria non ſunt facta, tunc enim judex deputatur ſuper receptione teſtium: ut eſt text. *junct. gl. Clem. unica, de offic. deleg.* at ubi omnia eſſent examinata, ita ut commiſſarius habeat nudam, & ſimplicem teſtium receptionem, eſſet actus non juriſdictionalis. Prob. ex *c. Super quæſtionum in princ. de offic. deleg. verſ. Nos autem*, ibi, *Si tamen delegatus a nobis, vel judex quicumque non tam cognitorem quam executorem ad aliquem certum articulum, quempiam deputaverit.* Ubi quando fecit mentionem de articulo non juriſdictionali dixit, *delegatus a nobis, vel alius quicumque judex*, quaſi quicumque judex poſſit: quando vero meminit de articulo juriſdictionali, non repetiit ea verba, *vel alius quicumque*. Idem ſolet probari ex *cap. Cum Bertold. de ſentent. & re judic.* ibi, *Præfatis abbatibus committentibus vices ſuas, ipſi ſubdelegati teſtes receperunt.* Sed hic text. nihil probat: teſtib. *Abbate ibi, n. 20. 21 Covar. 3. var. c. 20 fin.* nam totam cauſam delegarunt, ut conſtat ex illis verbis, *Committentibus vices ſuas*: quare dicunt eam commiſſionem fuiſſe nullam, cum ſit commiſſio totius cauſæ: nec text. eam approbat, ſed ſolum narrat factum: nec de valore agit, vel eo quod litigantes id non oppoſuerunt: vel quia parum intererat de hoc tractare, cum cauſa jam ad Pontificem delata eſſet. Sic tenent *gloſſ. Clem. un. fi. de offic. deleg. Specul. t. de jud. deleg. §. Jam nunc dicendum eſt, n. 5. Innoc. d. c. cum Bertold. nu. 3. Hoſtien. c. Cum cauſam, de appellat. ſuper verb. Delegare, Jo. And. d. c. Cum Bertol. nu. 19. d. c. Cum cauſam, n. 8. & c. Super quæſtion. n. 39. de offic. deleg. Ant. d. c. Super quæſtion. in princ. n. 47. d. c. Cum cauſam, num. 11. & d. c. Cum Bertol. n. 13. Abb. c. Clericos, n. 2. de offic. vicarii, & d. c. Cum Bertold. num. 19. Alex. de Nevo ibi, n. 56. & d. c. Cum cauſam, n. 18. & 19. Henric. c. fi. n. 8. de offic. deleg. Immola d. c. cum Bertold. n. 16. & d. c. Cum cauſam n. 8. verſ Item adverte, & d. c. Super quæſtion. initio, n. 12. Felin. d. c. cum Bertol. n. 17. & d. c. Super quæſtion. initio, n. 4. & §. Si vero nu. 19. Anchar. Clem. 1. nu. 4. de offic. deleg. Bart. l. Legatus, nu. 6. ff. de offic. proconſ. Bald. l. A judic. C. de judiciis, n. 3.* ubi *Salic. n. 5. Alex. n. 10. idem Alex. l. More, n. 26. ff. de juriſ. omn. jud.* ubi *Socin. n. 44. & Cacialup. n. 23. Jaſon d. l. a Judice, num. 10. Rebuf. repetitione l. unic. notab. 1. n. 23. C. de ſent quæ pro eo quod inte. Bertachin. in repertor. lit. D. verb. Delegatus ad cauſam unam, ſub num. 20. Marant. de ord. jud. 4. p. d. 5. principali, an judicium ſit ordinarium, n. 54. Nav. ſum. c. 27 Hiſp. n. 42. Lat. n. 45. & l. 5. conſ. in 1. edit. t. de ſent. excom. conſ. 15. fi. Tab. verb. Delegare q. 1. Ant. Gabr. t. 1. comm. in mea edit. l. 4. verb. Delegatus, f. 180. Avend. c. Prætorum 1. p. c. 1. num. 26. verſ. Sed quid ſi a principe, Azebedo l. 3. recop. t. 9. in rubr. n. 12. Gratian. reg. 242. n 7.* Et ita intelligendi ſunt DD. aliqui, abſolute docentes delegatum inferioris principe ad unam cauſam, poſſe ſubdelegare articulum illius. Hi ſunt *Bart. leg. More, n. 11. ff. de juriſd. omn. jud. Roſella verb. Delegare, init. Angel. verb. Delegatus, n. 6. ibi Sylv. q. 8. dicto 3. Ludov. Lop. 1. p inſtrutorii, 2. edit. c. 284. f. 797. col* 1. Quamvis non deſint negantes poſſe etiam articulum non juriſdictionem continentem delegare: id enim negant *Petrus, & Cynus l. A judice, C. de judiciis, & ibi Alberic. n. 1. & 4. Bald. l. Solet, q. 5. ff. de juriſd. omn. jud.* & dicit forte eſſe verius de jure, *Immola Clem. unica, nu. 31. de offic. deleg.*

12 Ultimum fundamentum ſit, Quamvis Ordinarius nequeat totam juriſdictionem inconſulto principe delegare *l. pen.* cum ibi notatis, *ff. de offic. præſid.* & docent *Alex. l. A judice, num. 8. C. de judiciis, & ibi Jaſ. n. 8. Fel. c. Super quæſt. §. Si vero, num. 17. de offic. deleg. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an judicium ſit ordinarium, n. 55. Azebedo l. 3. recop. t. 9. rubr. n. 14.* ac proinde non poterit parochus in perpetuum alteri curam demandare, inconſulto Epiſcopo, at poterit ad breve tempus, ex aliqua juſta cauſa. Quod non poſſit in perpetuum, probatur, quia non poteſt per vicarium deſervire Eccleſiæ, *c. Extirpandæ, §. Qui vero deprehen.* ibi, *Qui parochialem habet Eccleſiam, non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſerviat.* Et *c. Cum ex eo, de elect. in 6.* ubi dicitur, poſſe Epiſcopum diſpenſare cauſa ſtudii, ne parochus priori ſeptennio ſacerdotio initietur: & ſubdit hæc, *in verſ. porro, Septennio prædicto durante, Epiſcopi & ſuperiores ſolicite providere curent, ut per vicarios ab eis deputandos animarum cura diligenter ab eis exerceatur.* Ubi clare docetur deputare vicarium illo ſeptennio, non ad parochum, ſed ad prælatum ſpectare. Sic docent *Jo: Andr. d. c. Cum ex eo, n. 2. Anchar. Clem. 1. de offic. vic. notabilis 4. Abb. d. c. Extirpanda, in repet. §. Qui vero n. 12. Immola eod. c. n. 13. fi. Card. Clem. 1. de privil. qu. 21. junct. q. 23.* ubi *Bonif. n. 19. Palud. 4. d. 17. q. 6. a. 2. nu. 12. fi. Roſell. verb. Vicarius, nu. 7. Nav. c. Placuit, nu. 69. de pœn. d. 6. Greg. Lop. l. 21. verb. Miſacantanos, fin. t. 4. p. 1.* Hoc autem breve tempus debet eſſe per ſpatium trium hebdomadarum, per *c. Si quis in clero 7. q. 1.* ibi, *ſimiliter diac. vel presb. ſi a ſua Eccleſia per tres hebdomadas abfuerit, huic damnationi ſuccumbat.* Sic *Jo: Andr.* Aſſerens ita definitum eſſe Bononiæ, *Abb. & Immola ib.* Probatur etiam ex *Trid. ſeſſ. 23 c. 1. de reſidentia, verſ. ead. omnino*: ubi decernit, parochos non poſſe abeſſe, niſi per duos, aut tres menſes, & id ex licentia Epiſcopi, & relicto vicario idoneo, & ab ipſo Ordinario approbando: ubi clare per longum tempus, ut per ſpatium duorum menſium, non conceditur parocho aſſignare Vicarium. Unde juxta hoc intelligendus eſt *Rainer. in ſum. tit. de pœnit. & remiſſ. §. Item poſito*, quem refert, & ſequitur *Aronid. c. Cum ex eo, de electione, in 6. ante n. 1. verb. Deputandos*, ubi dicunt, parochum non poſſe committere curam animarum, per *c. Nullus omnino 16. q. 7.* ubi præpoſitus non poteſt curam animarum tribuere: & *c. Cunctis 16. q. 1.* intelligendi enim ſunt hi auctores de commiſſione ad longum tempus: & textus per eos citati tantum negant poſſe parochos conferre in titulum curam animarum: ſecus de commiſſione ad breve tempus, quam poſſe facere, conſuetudo ipſa teſtis eſt: quam eſſe probabo num. 15.

13 I. Concluſio, his præmiſſis, ſit, Parochus proprietarius, qui, ſcilicet, beneficium parochiale habet, poteſt delegare alteri ſacerdoti licentiam aſſiſtendi matr. cum facultate ſubdelegandi. Prior pars probatur, quia eſt ordinarius, hic autem delegare poteſt, ut probavi nu. 1. Item, quia expreſſe dicitur in *Trid. Seſſ. 24. c. 1. de matr.* poſſe alium ſacerdotem de licentia parochi, intereſſe matrim. Poſterior pars etiam conſtat ex dictis num. 6 ubi probavi ordinarium poſſe delegare, cum facultate ſubdelegandi.

14 II. Concluſio. Parochi non proprietarii, qui præficiuntur toti parochiæ per Epiſcopum, ut curam ejus gerant; ut quia proprius parochus non eſt ſacerdos, vel quia ipſe Epiſcopus eſt immediatus parochus totius diœceſis, ut contingit Hiſpali, Cordubæ, Granatæ, & in aliis diœceſibus in quibus non ſunt beneficia curata: poſſunt delegare aſſiſtentiam matr. alii ſacerdoti. Hæc eſt contra *Sotum 4. d. 18. q. 4. a. 3. verſ. Circa conceſſionem, & Bart. a Ledeſm. de pœnit. dub. 13. concl. 2. fi.* dicentes non poſſe delegare: eo quod delegati ſunt. Prob. concluſio, quia hi ſunt delegati ad cauſarum univerſitatem, juxta tradita n. 4 cum præficiantur ad omnes cauſas parochialis officii in tota parochia: tales autem delegati poſſunt unam, vel alteram cauſam ſubdelegare: ut dixi nu. 2. & 3. Hanc tenent *gl. Clem. 1. de privil verb. presbyteri*, ibi, *Card. q. 19. Immola n. 14. Bonif. nu. 4. Rebuff. repet. c. Omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. §. Proprio ſacerdoti, verſ. Quod eſt verum. Roſella Abſolut. 1. nu. 42. Angel. Excommunic. 5. caſ. 12. n. 6. Sylv. Excomm. 7. caſu 14. dub. 11. nu. 39. Tobiena Excomm. 5. caſu 11. q. 3. nu. 4. Nav. c. Placuit, de pœnit. d. 6. n. 69. & ſum. cap. 27. n. 102. & l. 4. conſiliorum in 1. edit. t. de ſponſ. conſ. 27. num. 3. verſ. Tertio* Et ex Theologis, *Adrian. q. 5. de confeſſione, dub. 2. D. Ant. 3. p. t. 24. c. 54. Metina tr. 2. de confeſſ. q. de licentia Vicecur. ad alien. confitend. Alcozer. ſum. c. 9 concl. 4 fin. Enriq. l. 6. de pœnit. c. 7. n. 3. in comm. lit. N. & l. 11. de matr. cap. 3. n. 5.*

15 Aliqui temperant hanc concluſionem, modo Vicecurati hi ad longum tempus inſtituantur: ſecus ſi ad breve. Sic *Roſell. Sylveſt. nu. præced. allegati, Angel. verb. Vicarius, num. 8.* Sed prorſus ignoro, cui fundamento innitantur. Quare dicendum eſt, hos Vicecuratos ad univerſitatem cauſarum ab Epiſcopo, ſive a parocho proprietario, ob ejus abſentiam ad breve tempus inſtitutos, (quod facere poſſe diximus nu. 12.) delegare poſſe hanc facultatem ad unam, vel alteram cauſam. Probatur, quia eo brevi tempore ſunt vere parochi, & ad univerſitatem cauſarum delegati. Sic docent *Henricus c. Clericos, n. 5. & 6. de offic. Vicar. Nav. c. Placuit, de pœnit. d. 6. n. 69. 70. 74. Metina, Tabiena, Alcozer, loco num. præcedenti, citato Enriquez lib. 11. matrim. cap. 3. num. 5.*

16 III. Concluſio. Hi parochi delegati ad univerſam parochiæ curam, non poſſunt alteri omnem curam, etiam ad modicum tempus, dum abſunt, delegare, ſed tantum aliquas cauſas. Probatur, quia delegatus ad univerſitatem cauſarum, ſolum poteſt unam, vel alteram cauſam delegare: ut probavi n. 3. Sic tenent *D. Th. quodli. 12. a. 33.* ubi dicit, vicarium non poſſe totam ſuam poteſtatem committere, ſed ſolum partem. Intellige tamen concluſionem, niſi conſuetudo eſſet, ut hi vicecurati, dum ad breve tempus abſunt, ſubſtituant aliquem miniſtraturum omnia ſacramenta in parochia. Quia Epiſcopus vicecuratos inſtituens, & conſcius conſuetudinis, tacens, videtur tacite dare facultatem ad eam ſubſtitutionem. Sic *Sylveſt. verb. Vicarius, q. 5. Adrian. q. 5. de confeſſ. dub. 2.* Metina *tr. 2. de confeſſ. q. de licentia vicecur. ad alieno confitendum. Nav. c. Placuit, n. 71. de pœnit. d. 6.* Ubi hanc appellant licentiam tacitam, quando ex uſu ita appareret. Et dicunt *Adrianus, & Metina* hanc conſuetudinem ubique ſervari, ut vicecurati ad tempus abſentes, delegent alicui ſacerdoti Sacramentorum miniſterium. Tandem quia ſtante conſuetudine, ut delegati delegent, poſſunt delegare, ut expreſſe habetur *l. Cum prætor 12. verſ. Item ii quibus*, & ibi tradunt ſcribentes, *ff. de judiciis, & Alex. l. More, num. 28. ff. de juriſd. omn. jud. Bertach. in repertorio, lit. D. verb. delegatus ſubdel. paulo poſt princ.*



Hinc infertur, hunc inſtitutum ad univerſitatem cauſarum a vicecurato, ubi eſt conſuetudo, ut abſens talis vicecuratus ſubſtituat aliquem ad univerſam parochiæ curam, poſſe delegare licentiam aſſiſtendi matrimonio, aut miniſtrandi aliud Sacramentum. Quia eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, & non cenſetur delegatus illius vicecurati, is enim non poterat ſic delegare, ſed eſt delegatus ipſius Ordinarii, ſcientis, & patientis eam conſuetudinem: ea enim ſcientia, & patientia eſt tacita licentia: ut dixi n. præced.

17 IV. Concluſio, Parochi delegati ad univerſitatem cauſarum, quamvis poſſint delegare licentiam aſſiſtendi matrimonio, vel aliud Sacramentum miniſtrandi, ut dixi in 2. concl. n. 13. at non poſſunt dare illam ſubdelegato facultatem iterum delegandi: ideſt, dare licentiam, ut poſſit ille concedere alteri ſacerdoti facultatem aſſiſtendi matrimonio. Probatur ex dictis n. 9. ubi probavimus, nullum delegatum poſſe delegare cum facultate ſubdelegandi.

18 Sed difficultas eſt, eſto hi delegati non poſſint delegare cum facultate ſubdelegandi, an poſſint ſuo delegato ſic dicere: Ex nunc ego do facultatem aſſiſtendi matrimonio ſacerdoti, quem tu deſignaveris? Videtur enim id fieri non poſſe: quia juriſdictio non poteſt eſſe incerta: *gloſ. c. Ad hæc, de reſcrip. verb. Elegerint*, ubi multa ad hoc comprobandum affert. Quare *Panorm. c. Quoniam, Abbas n. 9. de offic. deleg. & Anaſt. Germon. de indultis, §. Hieronymo, n. 72.* docent commiſſionem factam canonico Cordubenſi, nihil valere, ratione incertitudinis: ergo ſimiliter in noſtro caſu, cum incerta ſit juriſdictio, nil valebit: incertum enim eſt, quem ille delegatus deſignabit. Ceterum credo id fieri poſſe: quia tunc ipſe delegatus non facit gradum, nec cenſetur delegare, ſed eſt nudus miniſter, nec datur juriſdictio incerta: tempore enim, quo miniſter nomine delegantis, aſſignat perſonam, cui datur licentia aſſiſtendi matrim. aut miniſtrandi Sacramentum, conceditur juriſdictio, & tunc jam perſona eſt certa, & determinata. Et hoc expreſſe tenent in alio ſimili, *Paul. c. Is cui, de offi. deleg. in 6. & ibi Domin. fin.* ubi negantes Ordinarium poſſe delegare, cum facultate ſubdelegandi: admittunt poſſe ſic delegare. Et nunc delego illi, cui delegatus committit. Et reddunt rationem eamdem hic adductam. Præterea, quia etiam alias concluderetur, Ordinarium non poſſe delegare, cum facultate ſubdelegandi. Quia incertum eſt cui ille ſubdelegabit. Cui tamen objectioni reſpondent, *Alex. l. More, n. 27. ff de juriſd. omn. jud. & Feli. cap. Super quæſtionum, §. Si vero, n. 18. verſ. Ad ſecundum, de offi. deleg.* eo ipſo quod delegatus nomine delegantis eligit, certificari quis ſubdelegatus ſit: ergo ſimiliter in noſtro caſu, non erit juriſdictio incerta, ſed certa per electionem ſubſtituti: atque ita hoc non obſtabit, quominus id fieri poſſit. Tandem probatur ex iis, quæ dixi in alio ſimili, hoc lib. 3. diſp. 26. n. 4.

19 V. Concluſio. Quando parochus præſens aſſumit vicarium locantem operas, ut illum adjuvet, hic vicarius non poteſt delegare. Quia non cenſetur illi ſua plenas vices committere. Sic *Henr. c. Clericos n. 7. de offic. vicar. Enriq. lib. 6. de pœnit, c. 7. n. 3. in comm. lit. N.* favet *Navar. c. Placuit, n. 69. de pœn. diſp.* ubi dicens vicarium parochi poſſe delegare, loquitur de vicario in abſentia parochi inſtituto.

20 VI. Concluſio. Si Epiſcopus, aut ejus vicarius generalis committat ſacerdoti, ut recipiat informationem, ac teſtes de aliquorum habilitate, ut inter ſe matr. ineant: & informatione recepta aſſiſtat eorum matrimonio, hic ſacerdos delegatus non poterit alteri committere informationem: at ea facta poterit alteri delegare, ut aſſiſtat matrimonio illorum. Prob. ex dictis n. 10. ubi probavimus delegatum ad unam cauſam, non poſſe ſubdelegare articulum juriſdictionis, qualis eſt examinatio teſtium, poſſe tamen articulum nudi miniſterii: ſed intereſſe matr. eſt articulus illius cauſæ commiſſæ, & non eſt actus juriſdictionis, ſed nudi miniſterii, ut probavi hoc lib. 3. diſp. 21. n. 4. Ergo poteſt ille ſacerdos hoc committere.

21 Ultima concl. Sacerdos delegatus ad aſſiſtendum alicui matrimonio non poteſt ſubdelegare, ſive ſit delegatus parochi, ſive Epiſcopi. Quia eſt delegatus ad unam cauſam, talis autem non poteſt totam cauſam delegare, niſi principis ſupremi delegatus ſit: ut dixi n. 1. & 10. Sic *Tabiena Excommunicatio 5. caſu 11. q. 3. n. 4.* Dixi conſulto, ad aſſiſtendum alicui matrimonio: quia ſi eſſet delegatus a parocho proprietario, vel Epiſcopo, ad aſſiſtendum omnibus matrimoniis parochiæ, licet limitetur tempus, ut tali tempore occurrentibus, eſſet delegatus ad univerſitatem cauſarum: juxta tradita n. 4. ubi diximus talem eſſe, quando delegatio eſt univerſalis quoad perſonas, licet cauſæ, & tempus limitentur: ut ſi omnes cauſæ tali anno occurrentes, in tali territorio, alicui delegentur: & ſubinde poſſet hic delegatus ſubdelegare; juxta dicta n. 13.

## DISPUTATIO XXXII.

Utrum ſi Epiſcopus, aut conſtitutio ſynodalis interdicat parocho, dare licentiam adminiſtrandi Sacramenta, niſi approbatis ab Epiſcopo, vel ſi Epiſcopus parocho prohibeat, certos matrimonio conjungere, & ille contra has prohibitiones, det licentiam, aut conjungat, valeat matrimonium.

### SUMMARIUM.

*Proponuntur argumenta ad probandum eſſe invalidum matrimonium,* 1.

*Quando præcipitur Ordinario, vel delegato, actus ſub certa forma faciendus, quando valet illa omiſſa? num.* 1. *juncto* 3.

*Negatio magis negat, quam affirmatio affirmat,* 1.

*Valet tale matrimonium, num.* 3. *Et ibi, multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent: & ſpeciale eſt in matrimonio, ut non cenſeatur irritum ex ſimplici prohibitione.*

*Solvuntur argumenta, num.* 3.

1 VIDETUR non valere tale matrimonium. 1. quia aut ille parochus non eſt proprietarius, ſed delegatus ad univerſitatem cauſarum, aut eſt proprietarius, & ita ordinarius. Sic I. doctrina communis habet, quotieſcumque habenti alias poteſtatem, conſtitutio jubet abſque clauſula annullativa, actum ſub certa forma fieri, tunc actum omiſſa forma valere, quamvis contra faciens puniendus ſit: id enim præceptum non videtur poteſtatem ordinariam auferre, ſed tantum pertinet ad quamdam directionem, ut rite, & recte actus fiat: ut irritare actum omiſſa forma factum, quando habenti poteſtatem delegatam, id præceptum imponitur: quia is non habet poteſtatem abſolutam ad illum actum, ſed limitatum: unde ſi limites mandati excedat, corruet actus, *cap. Cum dilecta, de reſcrip. ad fin.* ibi, *proceſſum ipſorum, c. Venerabili, de off. deleg. ad fin. l. Diligenter, ff. mandati.* Hanc doctrinam tradunt *gl. Clem. 1. v. Inhibentes, de jure patr. Guillelm. Paul. Steph. ibi, Card. ibi q. 7. Anchar. notab. 3. Immol. num 4. circ. med. verſ. Secundo caſu principali: Bonif. ibi n. 48. 49. 50. Panor. conſ. 91. num 6. verſ. Ad prædicta induco, lib. 1. & c. Dilectus, l. 2. c. 13. de præb. & c. pende conſtit. n. 5.* ubi *Decius n. 15. Felin.* ibi alios allegans *n. 1. ad fin. verſ. Secunda limitatio, Ancha. c. Statutum, §. fi. in princ. de reſcr. in 6. Domini c. Quoniam ad fi. n. 9. de immu. Eccl in 6. & ibi idem Franc. fine, Ægid. dec. 696. ad fi. Angel. Excom. 7. fine, Silveſt. verb. Lex q. 28. fi & Excommunicatio 7. caſ. 21. dub. 10. n. 65. & Excommunic. ult. fine, Tabiena Abſol. 3. n. 3. & 4. Nav. ſum. cap. 27. n. 37. Rota in noviſſ. deciſ. 750. n. 4. tom. 1. Cordub. ſum. q. 18. pun. 1. dicto 2.* ergo ſi parochus delegatus contra hoc mandatum aſſiſtat matrimonio, vel det licentiam ſacerdoti non approbato ab Epiſcopo, erit irritum. Si vero ſit parochus proprietarius, & ita Ordinarius, probatur adhuc non valere matrimonium. Quia doctrina proxime citata, nempe geſta ab Ordinario alias habenti facultatem, contra mandati formam, valere: limitatur, quando mandatum eſt affirmativum, ut ſi Papa jubente Epiſcopo, ut conferat beneficium Petro, Epiſcopus conferat Joanni: peccabit enim Epiſcopus, at tenebit collatio: ſecus quando præceptum eſt negativum, ut ſi Pontifex jubeat Epiſcopo, ne conferat Joanni; tunc enim collatio erit irrita. Et ratio diverſitatis eſt, quia mandatum negativum eſt univerſale, cui actus in contrarium geſtus directe adverſatur: affirmativum autem eſt particulare, & non ita directe actus ei opponitur. Nec obſtat in affirmativo includi tacite negativum, *c. Nonne, de præſump.* quia id contingit indirecte, & a contrario ſenſu, & ita non tam actus contra geſtus opponitur præcepto. Item quia negatio magis negat, quam affirmatio affirmet: juxta *gl. c. Cum dilectus, v. A ſuſpenſis, de conſuet.* Sic limitant *Abbas c. Dilectus, el 2. n. 13. de præb. Feli.* alios referens *cap. penul. n. 3. de conſt.* ubi conſulendus eſt pro aliis limitationibus, *idem Dec. ibi n. 16 17. 18.* & ſublimitat *num.* 18. quando præceptum negativum, eſt factum ſimpliciter, ſecus ſi non ſimpliciter, ſed aliquo reſpectu expreſſo: tunc enim actus contra geſtus valet. Sed in noſtro caſu, præceptum parocho impoſitum, eſt negativum, & univerſale: nullus enim reſpectus in eo exprimitur, ſcilicet, ne interſit tali matrim. vel ne det licentiam non approbatis aſſiſtendi; ergo actus geſtus non ſervata ea forma, erit nullus. 2. Prob. quia contra ſuperioris prohibitionem licentia inferioris prævalere non debet: ergo invalida eſt licentia aſſiſtendi matr. data a parocho contra Epiſcopi præceptum, & ſubinde matrimonium aſſiſtente ſacerdote cum tali licentia, erit irritum. Et confir quia ſi parochus daret licentiam hujuſmodi ſacerdoti, ut intereſſet matrimonio, & Epiſcopus eam revocaret, ſi, non obſtante revocatione, aſſiſteret, non valeret matrimonium, ſicut ſi parochus eam revocaret: potentior enim eſt revocatio Epiſcopi, tanquam ſuperioris parocho: ergo idem eſt, quando contra Epiſcopi prohibitionem parochus dat licentiam, vel intereſt matrimonio. 3. Prob. de parochis non proprietariis, quia hi ex tacita inſtituentis mente, & voluntate poſſunt hanc licentiam delegare: ut docent *Adrian. q. 5. de confeſſ. dub. 2. Metina tr. 2. de confeſſione, q. de licentia vicecurati ab alieno fatendum. Nav. cap. Placuit n. 72. de pœnit. diſt. 6.* ſed in hoc caſu non eſt tacita voluntas Ordinarii, ut hi diligent, imo expreſſa eſt contraria: ergo non

valet

valet talis licentia. Et confir. quia ſi Epiſcopus inſtituens vicarium, aut parochus proprietarius abſens relinquens ad breve tempus vicecuratum, ſic diceret, Delego tibi omnes vices meas, præterquam ut poſſis dare licentiam aſſiſtendi matrimonio, niſi tali ſacerdoti, ſi vicecuratus daret alii ſacerdoti contra eam prohibitionem, abſque dubio licentia eſſet irrita; & matrimonium ita contractum: ſed idem eſt, quando prohibet aſſiſtere, aut dare licentiam, niſi approbatis: ergo licentia aliter data, eſt nulla. Tandem, quia parochus delegatus, cui eſt interdictum dare licentiam ſacerdotibus non approbatis ab Epiſcopo, non eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, cum cauſa illi ſibi reſervata ſit: ergo non poteſt eam licentiam ſubdelegare, ſolus enim delegatus principis ſupremi, & delegatus inferioris ad univerſitatem cauſarum, poteſt ſubdelegare, ut dixi diſp. præc. num. 13. & 21. & ita id matrim. nullum erit.

2 His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, matrimonium contractum coram parocho proprietario, vel delegato ad univerſam curam parochiæ, vel de ejus licentia, coram alio ſacerdote, validum eſſe: quamvis Epiſcopus juſſerit, ne tali matrimonio aſſiſtat, aut per ſe, vel per conſtitutionem ſynodalem interdixerit dare licentiam aſſiſtendi, niſi ſacerdotibus approbatis ab Epiſcopo, & is, cui data eſt licentia, non ſit ex approbatis: niſi Epiſcopus, aut conſtitutio ſynodalis expreſſe addiderit decretum irritans aliter geſta. Probatur 1. ex *cap.1. de matr.contract. contra interd.Eccl.* ibi, *Licet enim contra interdictum Eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire non debuerit, non tamen eſt conveniens, ut ob id ſolum Sacramentum conjugii diſſolvatur*. Per quem textum docent *Decius c. 2. de teſtib. n.17. verſ. Secus ſi temporalis ſit*, *& Rota in noviſſimis, deciſ.750.n.3. vol.*1. eſſe ſpeciale in matr. irritum minime reddi ex ſimplici prohibitione: ergo quamvis Epiſcopus, aut conſtitutio ſynodalis ſimpliciter prohibeat, dum non addit decretum irritans, minime irritabitur matrimonium. Et confirmatur, quia parochus, ſive proprietarius, ſive delegatus ad univerſitatem cauſarum, eo ipſo, quod toti parochiæ præficitur, habet poteſtatem dandi licentiam alteri ſacerdoti ad aſſiſtendum matrimonio, per *Trid. ſeſſ.24. cap. 1. de matr.* ibi, *Qui aliter quam præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi licentia:* ubi nota verbum, Ipſius, quod refert eumdem parochum, qui tanquam parochus, poteſt aſſiſtere: qui non tantum eſt proprietarius, ſed quicumque toti parochiæ præficitur, ut ſicut ille auctoritate parochi poteſt aſſiſtere, & ita dare licentiam: ergo non credendum eſt, hanc poteſtatem auferri ſola ſimplici prohibitione abſque decreto irritanti. 2. Probatur, quia *Trid. ſeſſ.24. cap.7. de matr.* præcipit parochis, ne interſint vagorum matrimonio, niſi præmiſſa diligenti informatione, & Epiſcopi licentia, & tamen ſi parochus his minime ſervatis, interſit eorum matrim. eſt validum (ut probavi hoc 3. lib. diſp. 25. nu. 17.) ergo ſi conjungeret aliquos matrimonio, contra Concilii prohibitionem, vel daret licentiam alteri, ad conjungendum abſque diligentia ibi præſcripta, non reddit illud irritum, a fortiori non reddet ſimplex Epiſcopi, aut ſynodi prohibitio. 3. Probatur ex declaratione Cardinalium (quam referunt, & ſequuntur *Salcedo pract. c. 73. §. Primum dubium*; *Pet. de Led. de matr. q.45. art.5. pun.3. dub.12. fol.190. §. Primum dubium*, *Manuel.* 1. *t. ſum.2. edit. c.219. n.4*) qui rogati, an valeat matrimonium, cui intereſt parochus, non proprietarius, ſed annuus ad Epiſcopi nutum amovibilis, contra mandatum Epiſcopi, ne quoſdam deſponſet; declararunt eſſe validum. 4. Ex *deciſ. Rotæ in noviſſimis, dec.650. n.4. to.*1. ubi decidit valuiſſe licentiam datam a parocho, aſſiſtendi matr. contra formam ſynodi præcipientis, ne daretur niſi adhibito notario, & tribus teſtibus: eo quod ſynodus non addiderit clauſulam annullativam. 5. Ex doctrina *Metinę tr.2. de confeſſione, q. de ſacerdote alieno per parochianum eligendo, ad fin. Pala.4.d.17. diſp.7. f.266. col.2. verſ. Rurſus etiam*, ubi docent, Prælato, aut ſynodo prohibente audire confeſſiones ſacerdotem non approbatum ab Epiſcopo, ſi hujuſmodi ſacerdos, audiat de licentia parochi ſubditos illius, valere confeſſiones. Et reddunt rationem, quia juxta *cap. Omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* poteſt quilibet ſacerdos de licentia parochi audire confeſſiones (quod intellige ante decret. *Trid. ſeſſ.23. cap.15. de refor.*) & prohibitione illa ſimplici prælati non annullatur factum, cum ea non ſit ſuſpenſio, nec ſit clauſula irritans, & multa prohibeantur fieri, quæ tamen facta tenent, *c. Ad Apoſtolicam, de regul.* ergo ſimiliter in noſtro caſu, cum parochus, ſive proprietarius, ſive delegatus, poſſit intereſſe matrim. idque committere, juxta *Trid. ſeſſ.24. cap.1. de matrim.* illa ſimplex prohibitio non annullabit contra eam factum. Tandem probatur ex doctrina *Adriani 4. q.5. de confeſſione, dub.1. ad fin.* docentis prohibitionem ſuperioris, ne religioſus audiat confeſſiones, arguere religioſum peccare audiendo, non tamen abſolutionem eſſe irritam, ſi de Epiſcopi licentia confeſſiones excipiat. Et *Enriq. lib 6. de pœnit. c.6. n.6.* ubi multos referens docet, ſi prælatus expreſſis verbis non reprobet, ſed ſolum prohibeat religioſis audire confeſſiones, non tollere approbationem a ſe, vel ab alio Epiſcopo datam, & ita valere abſolutionem: ergo ſimiliter ſimplex prohibitio prælati non tollit juriſdictionem parochi, quominus valide interſit matrimonio, & alteri ſacerdoti concedat eam licentiam.

3 Ad arg. propoſita num 1. reſp. Ad 1. dic eam doctrinam habere verum, tam in priori parte, quam in poſteriori, quando ex intentione præcipientis colligitur, eum velle, id tanquam formam præcipere, & irritare actum contra geſtum: at in matrimonio id non colligitur ex ſimplici prohibitione abſque clauſula irritante: ut probavi n. præc. in 1. ratione. Ad 2. diſtinguo antecedens, quando ſuperior per præceptum ſuum intendit annullare contra geſtum ab inferiori: concedo: ſi vero id non intendit: nego, ſed prævalebit licentia inferioris, ad hunc effectum; ut actus valeat, quamvis peccet inferior: & ita evenit hic, per id enim præceptum ſimplex non eſt viſus ſuperior velle annullare. Ad confir. admiſſo antecedenti nego conſequentiam: nam a ſacerdote privato habente licentiam, ut aſſiſtat alicui matrimonio, eo ipſo quod Epiſcopus aufert licentiam, manifeſte intendit, ut actus contra geſtus irritus ſit: cum ille omnino maneat perſona privata, nec ex officio id haberet: quam per ſimplex præceptum non eſt viſus auferre a parocho, qui ex officio eſt perſona publica, & habet aſſiſtere, & concedere facultatem aſſiſtendi matrimonio. Ad 3. reſpondetur, DD. illos agere de licentia vicecurati volentis ad tempus abeſſe, & relinquentis vicarium, ut adminiſtret omnia Sacramenta: is enim vicecuratus ſolum ex tacita mente, & voluntate inſtituentis ipſum, poteſt eam facultatem delegare: nam delegatus ad univerſitatem cauſarum non poteſt univerſitatem cauſarum, ſed unam, vel alteram delegare, niſi expreſſam vel tacitam licentiam habeat ab Ordinario inſtituente: ut dixi diſp. præc. n.5. at vero unum, vel alterum actum committere habet a jure, ut ibi dixi num. 3. niſi Ordinarius inſtituens expreſſe ſibi reſervet, annullans actum contra geſtum, at per illud ſimplex præceptum ne aſſiſtat, &c. non ſibi reſervat tollens facultatem jure conceſſam. Ad confirm. nego minorem, nempe idem eſſe in utroque caſu: nam dum dicitur, Delego tibi omnem facultatem, præter hanc, manifeſte ſuperior reſervat ſibi illum caſum, auferens poteſtatem ab inferiori: at dum ſimplicem prohibitionem ponit, id non intendit: ut late probavi n. præc. Ad ultimum, nego non eſſe delegatum ad univerſitatem cauſarum: reſervatio enim unius, vel alterius cauſæ id non tollit: ut ſi reſervet Epiſcopus parocho aliquot peccata: præterea non cenſetur reſervare illam cauſam, nec auferre poteſtatem, ſed tantum imponit ſimplex præceptum, & prohibitionem, cui ſi contraveniat, peccabit, at tenebit factum.

## DISPUTATIO XXXIII.

An quando Epiſcopus, aut parochus committit ſacerdoti, ut aſſiſtat alicui matrimonio, dummodo ſponſis præcipiat ſub excommunicatione, ne conſumment matrimonium, donec præmittantur denunciationes: vel ut aſſiſtat, & eos conjungat præmiſſis denuntiationibus, vel ſi impedimentum non habeant: an ſi ſacerdos ille interſit non injuncto illo precepto, vel non præmiſſis denunciationibus: vel non examinando an impedimentum habeant, valeat matrimonium? & quid ſi licentia extorqueatur coacte, vel dolo?

### SUMMARIUM.

*Proponuntur argumenta probantia partem negantem, num. 1. Et ibi fines mandati diligenter ſervandi ſunt.*

*An abſolutus virtute bullæ cruciatæ ab excommunicatione, non præmiſſa ſatisfactione, aut cautione, ſit vere abſolutus, n. 1. juncto n. 3. & 6. fine.*

*Si Epiſcopus, aut parochus det licentiam ſacerdoti aſſiſtendi matrimonio, dummodo ſponſos moneat, ne conſumment, donec denunciationes præmittantur, & ſacerdos aſſiſtat ea monitione non facta, an valeat matrimonium? n. 2. Et ibi, dictio Dummodo, vel, Ea conditione ut, an faciat conditionem, vel modum, ejuſque omiſſio vitiet actum.*

*Quid, ſi detur licentia aſſiſtendi præmiſſis denunciationibus, vel ſi ſponſi impedimentum non habeant, & ſacerdos aſſiſtat illis non præmiſſis, vel nulla præmiſſa indagine, an impediti ſint, num. 3. Et ibi, quoties exprimitur in commiſſione forma juris communis, eo modo, quo jure communi ineſt: non importat conditionem, nec ejus omiſſio vitiat actum.*

*Quid ſi dicatur in commiſſione, Si per ſolertem indaginem inveneris non eſſe impedimentum, n. 4. Et ibi, expreſſio ejus, quod ineſt, quando alio modo exprimitur, quam inerat, reddit actum conditionalem, & ejus omiſſio vitiat.*

*Quid, ſi licentia extorta eſt metu, aut dolo remiſſive, 5.*

*Solvuntur argumenta, 6.*

PARS negans hujuſmodi matrimonium valere, probatur primo: quia ablativus ille abſolutus, præmiſſis denunciationibus, formam, & conditionem importat, *l. A teſtatore, ff. de condit. & demonſt.* ergo licentia erit conditionalis, & ſubinde invalida, non ſervata conditione. 2. quia quando commiſſio fit ſub certa forma, ea non ſervata corruit actus, *c. Cum dilectæ, de reſcript. ad fi.* ibi, *Proceſſum ipſorum contra noſtri formam reſcripti irritum decernimus, & inanem.* Et *c. Venerabili, de offic. del. ad fi.* ibi, *Quorum proceſſus ceſſavimus, quia abbas contra noſtri mandati tenorem proceſſit.* Et ratio eſt, quia fines mandati diligenter ſervandi ſunt, *l. Diligenter, ff. mandati, l. Si procurator, C. de procur.* ergo cum in hoc caſu commiſſio fiat ſacerdoti delegato, aſſiſtendi matrimonio, ſub certa forma, corruet actus ea non ſervata. Quod ſi dicas, eam eſſe formam juris communis, atque ita non inducere conditionem: ut dicemus numero tertio, Contra, ſaltem dummodo moneas ſponſos ſub excommunicatione, ne conſumment ante denunciationes, non eſt forma juris communis: ergo ſaltem in eo caſu matrimonium ea non ſervata initum erit nullum. 3. Probatur, quia ſatisfactio partis in abſolutione ab excommunicatione, eſt forma jure communi præcepta, *c. Ex parte, el* 1. *de verb. ſignif. c. Odoardus de ſolut.* & tamen quia bulla cruciatæ concedit poſſe Confeſſorem ab excommunicatione abſolvere ſatisfacta parte, aſſerunt communiter DD. abſolutionem præſtitam virtute illius, non præmiſſa partis ſatisfactione, aut quando ei non eſt poſſibilis, cautione ſatisfaciendi, eſſe irritam. Sic videtur tenere *Sotus 4. d. 22. q.2. ar.3. poſt 2. concl.* dicit enim neminem poſſe abſolvi per bullam, parte non ſatisfacta, quamvis ſatisfacere nequeat. Et tenent expreſſe *Navar. lib. 3. conſil. in 1. edit. tit. de regular. conſ.75. dub.11. n.36. & 37. in 2. lib.5. tit. de ſent. excomm. conſ.49. n.3. Ledeſ. 2. p.4. qu.26. n.1. f.353. col.3. Cord. ſum. q.18. pun.1. dicto 2. fol.53. & q.187. pun. 4. & lib.5. q.43. dub. 3. fin. Guttier. alleg.9 n.6. Metina l.2. ſum. c.12. f.303. Angles florib. 2. p. q. un. de excomm. art. 4. diffic.9. f.54. Enriq. lib.7. de Indulg. c.13. n.2. Manuel in bulla, §. 9. n. 52.* ergo ſimiliter, quamvis forma in hac commiſſione expreſſa, nempe, præmiſſis denunciationibus, ſit jure communi præcepta, ejus omiſſio vitiabit actum.

2 I. Concluſio, conceſſa licentia ſacerdoti, ut aſſiſtat matrimonio, dummodo ſponſis præcipiat, ne conſumment matrimonium ante denunciationes, ſi ille aſſiſtat id non monendo, validum eſt matrimonium. Probatur, quia illa forma in mandato expreſſa, non pertinet ad eſſentiam licentiæ, ſed ad inſtructionem, ut norit ſacerdos quid moniturus ſit. 2. quia quoties Epiſcopus diſpenſat in monitionibus, ſive coram parocho contrahendum ſit matrim. ſive coram alio ſacerdote, de licentia Epiſcopi, aut parochi, datur eadem inſtructio, ut moneat ſponſos, ne ante monitionem commiſceantur, & datur eodem tenore; ſed in parochis nemo dicet eſſe formam eſſentialem ad valorem matrimonii; ergo nec in alio ſacerdote. 3. quia nemo dubitare poteſt, ſatisfieri intentioni prælati, ſi ſacerdos poſt contractum matrimonium, ſtatim imponat præceptum dictum: imo ita communiter fieri ſolet, quia ad finem, quem prælatus intendit, nihil refert, ante vel poſt imponi: ergo non eſt requiſitum eſſentiale ad matr. valorem: alias neceſſario pręmittendum eſſet matrimonio. 4. quia cum denunciationes non ſint de eſſentia matr. præceptum intimandi, ut conſummationi præmittantur, non eſt cur dicatur peti, tanquam requiſitum eſſentiale ad illius valorem. 5. quia veriſimilius eſt, prohibitionem prælati, ne parochus matrimonio aliquorum aſſiſtat, vel ne det licentiam, irritare matrimonium, quam præceptum, ut ſponſos moneat, ne ante denunciationes conſumment. Quia majorem vim habet præceptum negativum, quam affirmativum, & negatio magis negat, quam affirmatio affirmat (ut dixi diſp. præced. n. 1.) ſed favore matrim. quod in dubio validum eſt, nec cenſetur irritari (ut dixi eadem diſp. præc. n.2.) ea prohibitio non irritat licentiam, nec matr ergo nec omiſſio intimandi illud præceptum. Tandem, quia *Sarmiento ſelect. c. 3. n. 5.* probat licentiam contrahendi matr. dummodo benedictiones accipiant ſponſi ante conſummationem, non fuiſſe irritum, eo quod ſponſi id non impleverunt. Quia illa verba, Ea conditione ut, non faciunt conditionem, ſed modum, *leg. Quoniam, C. de rerum permut.* & quia eumdem ſenſum faciunt, ac verbum hoc, Dummodo, quod non facit conditionem, ſed modum, regulariter loquendo: ut tradit *Rebuff. de verbor. ſignif. l.156. verſ. Dummodo, hæc dictio*, quod quidem tunc evenit quando adjicitur actui perfecto, ut, Do tibi hoc, dummodo hoc facias: ut docet alios referens *Tiraq. de retract. lignag §. 8. Toto, gl.8. Molina lib. 2. de primog. c. 15. n.29.* ſed in noſtro caſu, adjicitur actui perfecto, nempe, Do tibi licentiam eos conjungendi, dummodo eos moneas: ergo ejus omiſſio non vitiat actum. Hoc enim diſtat inter modum, & conditionem: quod illius omiſſio non vitiat actum, hujus autem vitiat: ut optime *Bart. l. Quibus diebus, §. Termi, ff. de cond. & demonſt. & Rebuf. d. l.156. verſ. Cum vero, & verſ. Utilitas, per l.1. 2. & finalem, C. de donat. quæ ſub modo.*

3 II. Concluſio, commiſſione facta ſacerdoti, ut interſit matrimonio, præmiſſis denunciationibus, vel ſi ſponſandi impedimento careant, ſi ille iis omiſſis, nec præmiſſa indagine impedimenti, interſit, valet matrimonium, ſi re vera nullum erat impedimentum dirimens. Prob. quia quoties exprimitur in commiſſione forma juris communis, eo modo, quo jure ineſt, non eſt intentio committentis inducere novam formam, & conditionem, ſed eſt admonitio quædam, ut ſervetur forma juris communis, quare ea prætermiſſa non irritatur actus, qui alias validus eſſet, niſi in commiſſione ea forma exprimeretur: ut optime docent *gl. Clem.1. de offic. deleg. v. Repererit*, ubi *Card. q.13. Immol. n.20. & 21. Bonif. n.36. Archid. c. Dudum 18. q.2. verſ. In prima gloſſa, Innoc. c. Prudentiam, num.9. verſ. Et ſi contrarium, de offic. deleg. & c. fin. de præſump. init.* ubi *Abbas nu. 19. Immol. num 7. verſ. Circa quintum, Felin. num.29. Navar.* dicens eſſe receptiſſimum, *ſum. c.27. n.37. Covar.* dicens eſſe omnium, *c. Alma mater* 1. *p. §.9. n.8. de ſent. excom. in 6.* Unde *Innoc. eodem c. Prudentiam, n.9. verſ. Et ſi contrarium, & Felin. d. cap. final. n.29.* aſſerunt, commiſſione facta judici, ut condemnet Titium, ſi Petrus probaverit debitum, valere ſententiam judicis condemnantis, Petro non probante, quia eſt conditio, quæ jure inerat: & addit *Felin.* idem ſequi DD. in multis locis: & *idem Innoc. c. fin. de præſump. in princ.* quem ſequitur *Immola*



*c. pen. n.2. de conſt.* ait, ſi in delegatione dicatur, Conferto beneficium Petro, ſi fuerit idoneus, non eſſe conditionem: quia jure communi inerat, nec nova idoneitas, jure communi non requiſita, exprimitur: & proinde actum contra geſtum valere, quod idem docent *Archid. & Fel. proxime cit.* addentes valere excommunicationem, ſi talis excommunicet. Et ratio eſt, quia expreſſio ejus, quod tacite ineſt, nil prorſus operatur, *cap. Significaſti, de elect. lib. 3 de legat. 1. l. Conditiones quæ extrinſecus, ff. de cond. & demonſt.* licet enim non exprimeretur, jure ſubintelligebatur. Cum ergo ſit jure communis expreſſa illa forma, præmiſſis denunciationibus, *c. fin de cland. deſp. & Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de matrim.* & ſimiliter, ſi non ſint impediti, ut conſtat ex *Trid. eod. cap.1.* ibi, *Si nullum legitimum opponatur impedimentum*, dum exprimitur in licentia, ea forma, non eſt conditio, & reſtrictio licentiæ, ſed admonitio, ut ſervetur: *d. c. fin. & Trid.* quare cum in neutro loco præſcribantur monitiones tanquam de eſſentia matr. illarum omiſſio nec vitiabit licentiam, nec matrimonium. Et confirm. quia ideo multi viri docti, & *Manuel* ſibi contrarius 1. *t. ſum. in nova edit. c.83. nu.4.* & dicit non eſſe improbabile *Enriq. l.7. de indulg. c.13. n.2. in comm. lit. S.* ajunt, abſolutionem ab excommunicatione virtute bullæ impenſam, non ſatisfacta parte, eſſe injuſtam, validam tamen: quia ea eſt forma jure communi requiſita, & jure communi non annullatur abſolutio ob omiſſionem ſatisfactionis: quod probabiliſſimum eſt, ergo cum ſimiliter in noſtro caſu ſit forma jure communi requiſita, & non tanquam ſubſtantialis, non annullabitur actus ob omiſſionem illius. Tandem, quia tunc forma juris communis aliter ponitur in commiſſione, & importat conditionem, quando formæ communi additur aliquis limitatus modus. Ut ſi dicat Pontifex, Committo tibi, ut des beneficium Petro, ſi eſt idoneus, eſt forma juris communis: ſed ſi addatur, Si per ſolertem indaginem inveneris eſſe idoneum, eſt conditio: quia eſt limitatus modus ſcientiæ, & ita nova forma: ut dicemus n. ſeqq. ſed in noſtro caſu ſolum ponitur forma juris communis, ſi non fuerint impediti, & præmiſſis denunciationibus, ut conſtat *ex Trid. d. cap.* 1. Ubi eodem tenore dicitur, *Quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Eccleſiæ procedatur*: nec additur aliquis limitatus modus ergo ea verba non important conditionem, nec omiſſio illius formæ vitiabit matrimonium.

Rogabis autem, quid dicendum ſit, ſi in commiſſione dicatur, Conjuge matr. illos, ſi per ſolertem indaginem inveneris non eſſe impedimentum inter eos. Aliqui enim cenſent, tunc non induci novam formam, & ita non vitiari actum ejus omiſſione. Sic *gloſſ. Clem. 1. de offic. deleg. v. Repererit*, cum enim textus ibi dicat, ſi per ſolertem inquiſitionem inveneris eſſe idoneum ad beneficium, conferto illi: dicit non inducere formam, & conditionem: quia jure ineſt, ut beneficium detur idoneo: hanc gloſſam ſequi videntur *Cardin. ibi q. 13. Immola n.20. & 21. Navar. ſumm. c.27. n. 37.* dicens eſſe receptiſſimam. Sed hi DD. ad hoc allegant gloſſam illam, quod expreſſe rei quę jure ineſt, non inducat conditionem, & in hoc bene ſentiunt: ſed caſui illius textus non poteſt adaptari hæc doctrina: quia ponitur alio modo, quam jure ineſt, dicitur enim, Si per ſolertem indaginem inveneris: unde aliud eſt dicere, Si fuerit idoneus, tunc enim non inducitur conditio: quia jure ineſt, & exprimitur modo, quo ineſt: aliud vero, Si inveneris eſſe idoneum: quia petitur informationem fieri, quod jure non inerat: & ita talem clauſulam inducere formam, & conditionem docent *Card. Clem. 1. de conſ. præb. q. 2. & ibi Paul. & Immola n.12. Felin. c. fin. de præſump. n.33. Bonif. Clem. 1. de offic. deleg. n. 36.* Et ratio eſt, quia quando exprimitur forma alio modo, & in alium finem, quam jure commune inerat, reddit actum conditionalem, ut ultra DD. proxime citatos, docet alios allegans, idque colligens ex *c. Cum dilecta, de reſcript. juncta gl. v. Juris, Covar. c. Alma mater, de ſent. excom. in 6. 1. p. §. 9. n.8.* qui omnino videndus eſt, *& Fel. d. c. fin. nu.33. & cap. Cum dilecta, de reſcr. & ibi Abbas n.12.* optime enim explicant, quando forma alio modo ponitur, quam jure inerat. Ex his ergo infertur, ſacerdotem, cui commiſſio facta eſt conjungendi aliquos matrimonio, ſi per ſolertem indaginem invenerit eos non eſſe impeditos, invalide intereſſe, ea informatione non præmiſſa. Quia illa verba conditionem important; ut proxime probavi. 4

Quid autem dicendum ſit, ſi licentia metu, aut dolo extorta ſit, diſputabimus hoc 3. lib. diſp. 39. n. 13. & 14. 5

Ad arg. propoſita n. 1. reſp. Ad 1. dic, id verum eſſe, quando ea forma poſita in commiſſione, non eſt forma juris communis, ſed nova: tunc enim importat conditionem: at illa, præmiſſis denunciationibus, & ſi fuerint non impediti, eſt forma juris communis. Ad 2. reſp. eodem modo. Et ad replicam fateor, illam non eſſe formam juris communis, ſed dum dicimus formam, quæ non eſt juris communis, inducere veram formam eſſentialem, & conditionem, intelligi debet, niſi ex aliis conjecturis clare deprehendatur oppoſitum, ut contingit hic, ut ſatis probavi in 1. concl. Ad 3. dico *cum Navarro lib. 3. conſil. in 1. edit. tit. de regul. conſ.75. dub.11. n.37.* id evenire, quia ponitur alio modo, quam jure communi ineſt: non enim Pontifex per ſua privilegia cenſendus eſt velle damnum alicui inferre, *c. Si pro eo, de offic. deleg. lib. 2. § Si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico.* Vel 2. reſpondeo, negando illam doctrinam contraria enim (ut dixi) probabiliſſima eſt: nec ponitur novo modo,

modo, quam jure communi inerat, nec per hoc Pontifex præjudicat tertio, cum teneatur Confeſſor ſub mortali ſervare eam formam juris communis, quamvis ea non ſervata, non irritetur abſolutio: ſicut nec jure communi irritabatur.

## DISPUTATIO XXXIV.

An ſi privatus ſacerdos, cui parochus committit, ut alicui matrimonio aſſiſtat, aſſiſtat extra parochiam committentis, valeat matrimonium?

### SUMMARIUM.

*In quo conſiſtat difficultas, & proponuntur argumenta ad probandum non poſſe, n. 1. Et ibi proponitur opinio affirmans jurisdictionem delegatam voluntariam non poſſe exerceri extra territorium: & ita vicarium Epiſcopi conferentem beneficia ex Epiſcopi commiſſione, non poſſe extra diœceſim conferre: nec delegatos Confeſſores, nec religioſos poſſe audire confeſſiones ſubditorum Epiſcopi, qui eos approbavit, extra illius diœceſim.*

*Opinio contraria verior in omnibus his caſibus, num. 2. & ibi, explicatur Clem. Dudum de ſepult.*

*Poteſt delegatus aſſiſtere matrimonio valide extra parochiam, & diœceſim delegantis, 3.*

*Quid ſi in commiſſione dicatur: Do tibi vices meas, ut aſſiſtas matrimonio in mea Eccleſia, vel parochia; vel in tali domo, quæ eſt intra parochiam, 4.*

*Solvuntur arg. & explicatur lib. 2. ff. de officio proconſ. 5.*

1 REvocandum eſt in memoriam, quod diximus hoc 3. l. diſp. 19. n. 13 nempe, quamvis intereſſe matrimonio non ſit proprie actus juriſdictionis, reduci tamen ad juriſdictionem voluntariam, atque ita poſſe proprium parochum hunc actum exercere extra parochiam. Difficultas autem præſens eſt, de ſacerdote delegato: quamvis enim omnes fateantur poſſe Ordinarium extra territorium juriſdictionem voluntariam exercere, at de delegato inferioris principis, multi negant: per *l. 2. ff. de off. proconſ.* ibi, *Omnes proconſules ſtatim quod urbem egreſſi fuerint, habent juriſdictionem, non tamen contentioſam, ſed voluntariam, ut ex ſe manumittendi: apud legatum vero proconſulis, nemo manumittere poteſt, quia non habet juriſdictionem talem.* Sic *Bart. l. 1. n. 40. C. de ſum. Trin. & l. 1. n. 2. ff. de offi. proconſ. & ibi Baldus lib. 2. in princ. n. 1.* ubi *Alberic. n. 10. Franc. c. fin. n. 3. de offic. vicar. in 6. Marian. c. Licet ratione, n. 91. de foro comp. Barbatius c. Novit. n. 17. de offic. legat. Franc. Marcus qu. Delphin. 117. in fin. p. 2.* Pro eadem ſent. ſunt alii DD. dicentes, Epiſcopum tanquam Ordinarium poſſe beneficia conferre extra diœceſim, ejus tamen Vicarium, cui hoc Epiſcopus delegarit, non poſſe. Sic *Bald. Socin. Barbat. Franc. Marc. ibid. Anaſt. Germo. de indultis, §. Tibi quoad vixeris, n. 88.* Pro eadem ſent. ſunt alii DD. fatentes, Confeſſores Ordinarios poſſe excipere confeſſiones ſubditorum extra diœceſim, ſecus delegatos: Sic videtur clare tenere *Hoſt. ſum. tit. de pœn. & remiſſ. §. Cui confitendum, n. 14. verſ. Et numquid extra territorium.* Idem videntur tenere alii dicentes Confeſſores ordinarios poſſe audire extra diœceſim ſecus extraordinarios, ut ſunt religioſi. Sic *Paul. Zenzel. & Guillie.* quos refert, & ſequitur *Immo. Clem. Dudum nu. 32. de ſepu.* ubi *Card. §. Extra civit. q. 5. Anchar. ibi, §. Statuimus, q. 5. dub. 3. verſ. Sed de illis, Roſe. Confeſ. Sacram. num. 3. Ang. Conf. 3. n. 16. Silv. Confeſſ. 1. q. 14. §. 12. Tab. Abſol. q. 33. num. 55. Navar. ſum. cap. 17. Hiſp. n. 265. Lat. n. 266.* Et ex Theologis, *Ad q. 5. de Confeſſ. ante 1. dub. §. Ideo pro ſolutione, verſ. Ex dictis infertur ad quæſitum: D. Anton. 3. p. t. 17. c. 10. fin. F. Alex. in ſua ſum. l. 1. cap. 3. de poteſt. confeſſ. nu. 28. verſ. In aliquo tamen.* Sed quamvis hi DD. prima facie videantur hujus ſent. at re vera non ſunt, quia id non negant de religioſis, eo quod delegati Confeſſores ſint, ſed quia *d. Clem. Dudum*, videtur eis limitata facultas concedi, dum dicitur poſſe audire confeſſiones intra diœceſim Epiſcoporum, quibus præſentati ſunt: & ita *Roſe. & D. Ant.* pro hac parte citati, ubi dixerunt fratres non poſſe audire confeſſiones extra diœceſim, ſubdunt, ſi abſque ſolemnitate *d. Clem. Dudum*, eſſent præſentati, audirentque confeſſiones ex Epiſcopi delegatione, poſſe etiam extra diœceſim: quod idem fatetur, *Silv. Confeſſor. 2. q. 3.*

2 Ceterum multo verius eſt, juriſdictionem voluntariam delegatam poſſe extra territorium exerceri. Quia textus (ut retuli hoc 3. lib. diſp. 19. n. 8.) indiſtincte docent, poſſe juriſdictionem voluntariam extra territorium exerceri, nec faciunt vim in eo, quod juriſdictio exercentis ordinaria ſit, ſed quia nulla irrogatur injuria judici alieni territorii, cum abſque ſtrepitu, & figura judicii exerceatur: quæ ratio æque militat in judice Ordinario, & delegato. Hujus ſent. ſunt multi dicentes vicarium ex delegatione Epiſcopi conferentem beneficia, poſſe extra diœceſim conferre. Hi ſunt *Domin. c. fin. de offic. vicar. in 6. fin. Boer. dec. 30. n. 5.* affirmans ſic judicatum eſſe in Burdegalenſi ſenatu, & affert Rotæ deciſionem, *Bebuff. praxi. tit. De forma vicari. n. 227. & reg. 13. cancel. ſuper §. Aut vicarius perpetuus, & tr. nominat. q. 14. n. 27. & 63. Coſmas pragm. ſanct. tit. de collat. §. Et quia, v. Vicario, Corſet. tr. de excellent. regis, q. 88. Par in. de offic. & poteſt. c. ſede vac. 2. p. princ. q. 1. n. 7.* habetur *t. 13. tract. noviorum p. 2. Corraſ. de benef. c. 8. n. 3. Lamb. de jure patr. 2. p. l. 2. q. 2. ar. 6. n. 3. Covar. 3. var. c. 20. n. 3. Menoch. de arbitr. l. 1. q. 43. nu. 19. Jacob. Sbroz. l. 2. de vicar. Epiſc. q. 102. n. 4. & ſeq. Ant. Cucus l. 2. inſtit. major. t. 8. n. 56. Flam. l. 7. de reſign. benef. q. 24. n. 32.* & defendit hoc tanquam æquum *Anaſt. Germon. de indultis, §. Tibi quoad vixeris, n. 89.* Eamdem ſententiam tenent in propriis terminis, docentes non ſolum Ordinarios, ſed & Confeſſores delegatos poſſe audire confeſſiones ſubditorum diœceſis, in qua expoſiti ſunt extra illam diœceſim: *Ripa de remed. ad curandam peſtem, §. Sed quia uſu videmus, n. 52. 63. Led. 2. p. 4. q. 7. ar. 5. dub. 9. Angl. flor. ib. 1. p. q. 3. de confeſſ. ar. 8. dub. 4. concl. 2. fol. 295. Philiar. de offic. ſacerd. t. 1. p. 2. l. 2. c. 24. §. Nullus alius, Barth. a Led. de pœn. dub. 13. caſ. 4. f. 805.* Et ejuſdem ſententiæ expreſſe ſunt *D. Roſe. & Silv. nu. præc. fin. alleg.* dum dicunt, religioſos non virtute *Clem. Dudum*, facultatem reſtringentis, ſed ex delegatione Epiſcopi excipientes confeſſiones, poſſe extra diœceſim audire. Ejuſdem ſent. ſunt *Victor. ſum. de confeſſ. n. 151. Sotus 4. d. 18. q. 4. ar. 3. verſ. Aliud vero, Enriq. lib. 6. de pœnit. cap. 7. n. 1. Led. Angl. Philiar. Bart. Led. proxime citat.* aſſerentes, & optime, religioſos expoſitos virtute *Clem. Dudum*, poſſe audire confeſſiones extra diœceſim, cum tamen delegati ſint. Nec obſtat ibi dici, poſſe audire intra diœceſim: quia ſenſus eſt, ut non poſſint extra diœceſim audire illas, qui non ſunt illius diœceſis, in qua ſunt præſentati: ne putarent; ſe, ubi ſemel præſentati ſunt, eſſe totius orbis Confeſſores: qui intellectus probabitur ex dicendis num. 4. fine.

Ex his infertur, non tantum proprium parochum, ſed etiam ſacerdotem de illius licentia aſſiſtendi matrimonio, valide aſſiſtere extra parochiam: ſicut ſi parochus ipſe extra illam intereſſet. Quia (ut n. præced. probavimus) juriſdictio voluntaria, ad quam hæc aſſiſtentia reducitur, poteſt valide ab Ordinario, & a delegato extra territorium exerceri. 3

Nec credo cenſeri limitatam eſſe licentiam ad aſſiſtendum intra parochiam, ſi parochus dicat ſacerdoti, Vade domum Mariæ, & aſſiſte ibi matr. licet domus illa ſit intra parochiam: nec ſi dicat, Conjuge matr. Petrum, & Mariam in Eccleſia mea: vel ſi dicat, Concedo tibi vices meas ad aſſiſtendum matrimonio in mea parochia. Quia hæc omnia ſiunt cauſa demonſtrationis, & non cauſa reſtrictionis licentiæ: quando enim dicit, In Eccleſia, nemo dubitaret, valide aſſiſtere in privata domo conſtituta intra parochiam. Et quando dicit, Do licentiam ad aſſiſtendum matr. in mea parochia, ſenſus eſt, ad conjungendos matr. meos parochianos; ſicut dum dicitur *Clem. Dudum de ſepu.* poſſe religioſos audire confeſſiones intra diœceſim, non fuit animus Pontificis locum reſtringere, ſed perſonas, ideſt, ſubditos illius diœceſis: ut probavimus num. 2. fine. Et conſtat quia *Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* dum voluit Epiſcopis limitare facultatem ibi conceſſam, ut intra diœceſim ſolum eam habeant, dixit, *Quoſcumque ſibi ſubditos in diœceſi ſua.* Ubi caute dixit, Subditos ſuos, & in diœceſi, ut clare denotaretur limitari perſonas, & locum. 4

Ad *l. 2. ff. de officio proconſ.* relatam n. 1. pro priori ſent. reſp. legatum proconſulis nullam habuiſſe juriſdictionem, niſi ei a proconſule demandaretur, *l. Legati, ff. eod. tit.* & proconſulem ante provinciæ ingreſſum non potuiſſe mandare juriſdictionem legato, *l. Obſervare, §. Poſt hæc, ff. eod.* niſi moram in itinere facere cogeretur, *l. Aliquando, ff. eod. l. Apud proconſulem, ff. de manumiſ. vindict.* Cum ergo legatus proconſulis privata perſona eſſet ante ſuſceptam a proconſule juriſdictionem, mirum non eſt, ſi nequeat extra territorium juriſdictionem voluntariam exercere. Quod minime procedit in delegato, nam habet juriſdictionem commiſſam, nec reſtricta fuit ab Ordinario concedente, ut ſolum intra territorium eam exercere poſſet. 5

## DISPUTATIO XXXV.

An licentia conceſſa per parochum ad aſſiſtendum matrimonio, alteri ſacerdoti, debeat eſſe ſpecialis, & expreſſa, vel ſat ſit tacita, quam ratihabitionem vocant, & generalis: & requiratur in ſcriptis.

### SUMMARIUM.

*Quotuplex eſt licentia tacita, ſeu ratihabitio, & quando ſit de præſenti, num. 1.*

*Expreſſum quid dicatur, num. 2. Et expreſſa licentia quotupliciter ſumatur, 3.*

*Licentia ſpecialis quotupliciter uſurpetur, num. 4. Et ibi ſpeciale ſimiliter aliquando pro expreſſo.*

*Quot ſint quæſtiones diſputandæ, 5.*

*An requiratur licentia ſpecialis, ut alienus ſacerdos interſit matrimonio, refertur affirmans, 6.*

*Non requiritur licentia ſpecialis, ut diſtinguatur contra generalem, ſed ſatis eſt generalis, num. 7. & ibi, diſpoſitio, & conceſſio generalis, eſt generaliter intelligenda.*

*An ſufficeret parochum generaliter concedere licentiam miniſtrandi Sacramenta, 8.*

*Requiritur licentia ſpecialis, ideſt, expreſſa, & an ſufficiat licentia ad aliquot actus digniores, num. 9. Et ibi, poteſtas delegata eſt odioſa, nec extendenda.*

*Non exigitur licentia in ſcriptis, num. 10. Et ibi, non deſideratur ſcriptura ad valorem gratiæ, vel cujuſvis diſpoſitionis, niſi lex eam petat.*

*Solvuntur argumenta, num. 11. & explicatur lex. Item apud Labeonem §. Ait Prætor, ff. de injuriis, quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta.*

*An ſufficiat generalis licentia conceſſa a parocho exercendi omnia ad animarum curam pertinentia, quando interdictum eſſet parocho delegare; proponitur ratio dubitandi, num. 12. Et ibi, voluntas regulatur a poteſtate, & in generali mandato non veniunt ea, per quæ dominus incidit in pœnam.*

*Sufficit ea licentia generalis, n. 13. Et ſolvuntur arg. 14.*

*An ſufficiat licentia tacita, quæ habetur per ratihabitionem? proponuntur arg. ad probandum ſufficere, vel ſaltem eſſe validum, ſi poſtea parochus conſcius ratum habeat, n. 15. Et ibi, ad miniſtrandam Euchariſtiam, vel extremam unctionem, ſufficit licentia tacita, & ratihabitio de futuro, & proponitur opinio affirmans eamdem ſufficere ad audiendas confeſſiones.*

*Proponitur alia opinio, dicens nec ad matrimonium, nec ad confeſſiones ſufficere ratihabitionem de præſenti: ſed exigi licentiam expreſſam, num. 16. Et ibi, juncto num. ultimo, an quando requiritur licentia ad aliquem actum, debeat eſſe expreſſa?*

*Non ſatis eſt ad matrimonium, vel confeſſiones ratihabitio de futuro, 17.*

*Debet neceſſario præcedere licentia parochi, ut valeat matr. & idem quoties ad actus valorem deſideratur licentia. 18.*

*Si reperiatur eadem die matrimonium contractum, & licentia conceſſa, nec conſtet, utrum horum præceſſerit, an præſumatur licentiam præceſſiſſe, num. 19. Et ibi, præſumitur ſemper eum actum præcedere, qui neceſſarius eſt ad actus valorem: & in dubio accipienda eſt præſumptio, ut actus valeat, licet prioritas alterius actus ex ordine litteræ colligatur.*

*Licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione de præſenti, ſatis eſt ad confeſſiones, & matr. & ut mulier contrahat, vel vicarius, aut procurator revocatus, valide agat, 20.*

*An ſatis ſit ratihabitio de præterito, 21.*

*An ea ratihabitio de præſenti conferat licentiam pro eo ſolo actu, quem ſuperior videt, & patitur, 22.*

*Quid, ſi vere tunc prælatus non conſentiret: exterius tamen tacet? num. 23. remiſſive.*

*Solvuntur argum. & explicatur cap. Lugdunenſis 9. q. 2. & cap. Aqua de conſecr. Eccl. & reg. Ratihabitionem, de reg. jur. in 6. num. 24.*



1 SUpponendum eſt 1. duplicem eſſe licentiam, tacitam, quæ per ratihabitionem habetur: quædam eſt licentia tacita, ſeu ratihabitio de futuro, quando, ſcilicet, creditur, parochum, cum ſciverit, ratum habiturum. Alia eſt de præſenti, vel præterito, quando, ſcilicet, ante miniſtrationem Sacramenti, vel tempore quo miniſtratur, adeſt conſenſus tacitus, & interpretativus parochi, aliquo ſigno externo manifeſtatus: ut ſi in præſentia prælati confiteatur ſubditus alicui, vel coram eo contrahat matrim. & prælatus videt, ac tacet, cum facile impedire poſſet: vel duo parochi ſunt tanta familiaritate conjuncti, ut alter ſciens ſuos parochianos alteri fateri, & coram altero inire matrim. gaudeat, & admittat confeſſionis ſchedulas.

2. Supponendum eſt, quid dicatur expreſſum? non enim dicitur tale ſolum, quando in ſpecie exprimitur, & manifeſtis verbis: ut, Do tibi licentiam aſſiſtendi matr. ſed etiam quando licet ſpecifice non exprimatur, at ſub generali verborum ſignificatione comprehenditur. Sic *gl. l. Lucius, v. Non ad matr. ff. de vulg. & l. Precibus fine, C. de impub. & aliis ſubſt. Barth. l. 1. n. 7. C. de vulgari, & ibi Ripa n. 50. Alciat. l. Nepos Proculo, n. 7. ff. de verb. ſignif. Tiraq.* multos allegans, *poſt leges connub. gl. 7. n. 86. & ſeq. Molin. lib. 1. de primog. cap. 17. n. 27. 28. de præſum. lib. 4. præſump. 34. n. 32.* ubi alios refert.

2 3. Supponendum eſt, expreſſam licentiam ſumi, ut diſtinguitur contra tacitam, & præſumptam, qualis eſt, quæ per ratihabitionem habetur: & cum hæc tacita, & præſumpta ex ratihabitione, ſit quædam de futuro, & quædam de præſenti, ſic expreſſa, ut diſtinguitur contra tacitam, erit duplex, quædam ut diſtinguitur contra tacitam de futuro, altera vero, ut diſtinguitur contra tacitam de præſenti.

3 4. Supponendum eſt, licentiam ſpecialem poſſe ſumi dupliciter. 1. ut diſtinguitur contra generalem, & tunc erit ſpecialis licentia ad matr. quando ſpecifice exprimitur matr. 2. ſumitur ſpecialis pro expreſſa, & tunc erit licentia ſpecialis ad matr. quando licet illud non exprimatur in ſpecie, at comprehenditur ſub generali verborum ſignificatione: ut ſi detur alicui licentia ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia. Et quod ſpeciale ſumatur pro expreſſo, docent *Steph. Clem. 1. de priv. & ibi Anch. q. 3. & Bonif. ibi nu. 17.* ubi textus ille dicit, *de licentia ſpeciali*, & explicant, ideſt, expreſſa: & *ibi Card. q. 22.* dicit hoc forte verius: & multis in locis *gloſ.* exponit ſpecialiter, pro expreſſe: ut *lib. 2. v. Specialiter, ff. de offi. ejus cui mandat. eſt juriſd. Sed an ultro, v. Specialiter, ff. de negot. geſt. l. Ea vero, v. Cum ſpecialiter, ff. pro ſocio.*

4 His ſuppoſitis, 3. quæſtiones diſputandæ ſunt. I. an exigatur licentia ſpecialis? II. an ſaltem requiratur ſpecialis, quando parocho interdictum eſt, ne deleget vices ſuas? III. an requiratur licentia expreſſa, itaut non ſufficiat tacita, quæ habetur ex ratihabitione?

5 QUÆSTIO I. An requiratur licentia ſpecialis parochi, ut alienus ſacerdos poſſit aſſiſtere matr. Aliqui aſſerunt requiri licentiam ſpecialem. Prob. quia quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta, *l. Item apud Labeonem, 15. §. Ait prætor. ff. de injuriis*: cum ergo matrim. res graviſſima ſit, & ardua, *c. fin. de procur. in 6. verſ. Et quamvis*, erit ſpeciali nota dignum, & ſubinde niſi exprimatur, non videtur conceſſum. Sic docet *Spino ſpecul. teſt. gl. 15. n. 37. Veracr. append. ad ſpecul. dub. 5. concl. 7.* ubi ait, requiri licentiam ſpecialem, particulariter, & nominatim ad matr. quamvis ſtatim variare videatur, ſe enim explicat, dicens non ſufficere licentiam ſpecialem ad aliquos actus exercendos.

Prima concl. ſit, non requiritur licentia ſpecialis ad matr. ut diſtinguitur contra generalem, ſed ſatis eſt generalis, qua parochus concedit alicui ſacerdoti licentiam ad exercendum in ſua parochia, quæ ad curam animarum pertinent. Prob. 1. quia *Trid. ſeſſ. 24. de matr. cap. 1.* tantum petit, ut interſit parochus, vel alius ſacerdos de ejus licentia: ergo cum corrigit jus antiquum, non eſt extendendum, ut exigat licentiam ſpecialem. 2. quia *Clem. 1. de priv.* excommunicantur religioſi miniſtrantes abſque ſpeciali parochi licentia, Euchar. & Extremam unctionem: & adhuc dicunt *Steph. & Zenzel. ibi*, quos refert, & ſequitur *Anchar. ibi, q. 3. & Bonif. n. 17.* & dicit forte verius eſſe, *Cardin. ibi, qu. 22.* ſufficere licentiam generalem abſque Sacramentorum ſpecificatione: & melius *Cajet. v. Excom. c. 64.* ait ſatis eſſe, ſi ſit ita generalis, ut ſpeciali æquivaleat: idque contingere, quandocumque ex verbis licentiæ communiter intelligitur eam concedi, quamvis non exprimantur hæc Sacramenta in ſpecie. Si ergo ubi expreſſe petitur licentia ſpecialis, ſatis eſt generalis, ſub qua illa Sacramenta comprehendantur: a fortiori, in matr. ſufficiet, cum in illo non petatur in Trid. ſpecialis licentia. Tandem, quia regulariter diſpoſitio, & conceſſio generalis eſt generaliter intelligenda, *c. Si Romanorum, d. 29. & l. De pretio, ff. de Publiciana in rem actio*, ergo illa licentia generalis ad exercendam curam animarum, eſt intelligenda generaliter, ut etiam matrim. claudat. Sic docent *Nav. lib. 4. conſil. in 1. edit. tit. de ſponſ. conſ. 27. per totum, in 2. tit. de cland. deſponſ. tot. conſil. 13. Rota noviſſimis*, dicens ſic decidiſſe Cardinales, *dec. 750. n. 2. t. 1. Salzedo pract. cap. 73. poſt verſ. 12. in nova edit. verſ. Illud autem, Manuel 1. t. ſum. in 2. edit. c. 219. n. 13.* & videtur tenere *Enriq. lib. 11. de matr. c. 3. n. 5.* ubi dicens requiri licentiam ſpecialem, caute addidit, nec ſatis eſſe generalem adminiſtrandi Sacramenta, quæ ſolet per bullam, aut Epiſcopi approbationem concedi: quaſi dicat ſufficere generalem, quæ manifeſte continere videtur matrimonium. 6

Hinc fit, non ſufficere, ſi parochus concedat alicui licentiam adminiſtrandi omnia Sacramenta. Quia videtur ea licentia intelligenda, ſicut clauſula bullæ cruciatæ ſimilem facultatem concedens, de Sacramentis confeſſionis, & Euchariſtiæ, quæ ſunt maximæ neceſſitatis. Sic *Rota, & Enriq. loc. cit. num. præced.* & hoc probat argum. contrariæ ſent. propoſitum n. 6. Quod intelligo, quando parochus præſens eam licentiam concederet, nec eſt conjectura probabilis voluiſſe includere etiam matrimonium: ſecus quando parochus in abſentia relinquit ſubſtitutum, quamvis enim ſolum illi dicat, ut adminiſtret Sacramenta vice ipſius, ſufficiens licentia eſt ad matrimonium: quia eſt illum viceecuratum ſubſtituere dum ipſe abeſt. 8

II. Concluſio, requiritur licentia ſpecialis, ideſt, expreſſa, in hoc ſenſu, quod ſaltem ſub verbis generalibus licentiæ comprehendatur manifeſte matr. ut cum datur licentia alicui, ut exerceat pertinentia ad animarum curam: nec ſat eſſe licentia ad aliquos particulares actus digniores: ut ad confeſſionem, & Euchariſtiam miniſtrandam: & ſic poſſunt intelligi DD. primæ ſententiæ, prout ſe explicuit *Veracr. pro ea citatus*. Probatur, quia poteſtas delegata non eſt extendenda de caſu expreſſo ad non expreſſum: ut colligitur ex *c. P. & G. de offi. del. fin.* ibi, *Cum hujuſmodi delegata juriſdictio ad alias perſonas nequeat prorogari.* Et ratio eſt, quia poteſtas delegata cum deroget ordinariæ, odioſa eſt: ut docent *gl. cap. 1. v. Proceſſus, de reſcrip. in 6. Ang. v. Delegatus, n. 5. & ibi Silv. q. 5. Tab. v. Delegare, q. 4.* ubi *Armil. n. 9. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an judicium ſit ordinarium, n. 30. & 38.* ergo cum licentia ad ea Sacramenta, ſit poteſtas delegata, non eſt extendenda ad aliud Sacramentum: maxime cum in eo diverſa ſit ratio, eo quod non ſit tantæ neceſſitatis. 9

Ultima concluſio, non exigitur eam licentiam in ſcriptis eſſe. Quia omnis diſpoſitio poteſt fieri verbo, niſi lex requirat ad actus valorem, ſcripturam: ex *gl. comm. recepta, cap. 1. de cenſib. in 6. v. In ſcriptis*, & ex multis, quæ congerit *Decius rubr. de conſtit. in 1. lect. a n. 25.* ubi ad eſſentiam, & valorem gratiæ, ſcripturam minime deſiderari comprobat: ergo cum Trid. ſolum petat parochi licentiam, nec exprimat, ut ea ſit in ſcriptis, id minime neceſſarium erit. Et confirm. quia ubi Trid. voluit licentiam concedi in ſcriptis, id expreſſit: ut *ſeſſ. 25. cap. 5. de reg.* Sic docent *Navar. lib. 4. conſil. in 1. edit. t. 1. de ſponſ. conſil. 41. in 2. tit. de cland. deſponſ. conſ. 12. Salcedo pract. cap. 73. in nova edit. poſt verſ. 12. v. Illud autem, Enriq. lib. 11. de matr. c. 3. n. 5. Man. 1. t. ſum. in 2. edit. c. 219. n. 13.* 10

Ad argum. contrariæ ſent. propoſitum n. 6. reſpondet *Navarr. lib. 4. conſ. in 1. edit. tit. de ſponſal. conſ. 27. in 2. tit. de cland. deſp. conſ. 13. fin.* intelligi, quando ſpeciali nota dignum, eſt dignus aliis contentis: at aſſiſtere matrimonio, non eſt major, & dignior functio parochi, ſed aliæ ſunt longe digniores: cum hæc tantum requiratur, ne deſit probatio. Verum hæc ſolutio con- 11

fun-

funditur, eo quod ex ea colligeretur virtute clauſulæ bullæ, concedentis licentiam recipiendi Sacramenta a quocumque, vel approbationis Epiſcopi ad Sacramenta conferenda, poſſe non parochum aſſiſtere matr. cujus contrarium diximus: quamvis enim hæc functio parochi minus digna ſit, at eſt ſpecialiori nota dignior, quia non eſt tantę neceſſitatis hoc Sacramentum: & ſic non videtur incluſum in clauſula generali, ideo dico id intelligi, niſi aliqua ſufficienti ſpecialitate ita nota dignum exprimatur, & ita ſufficiens eſt (ut ipſa conſuetudo teſtatur) ſpecialitas, dum parochus concedit commiſſionem generalem non ſolum ad miniſtranda omnia Sacramenta, in qua non includeretur, ſed ad exercenda omnia, quæ pertinet ad curam animarum. Ita reſpondet *Rota in noviſſimis, t. 1. dec. 750. n. 2.*

12 QUÆSTIO II. An ſufficiat licentia generalis parochi ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia, ut poſſit ſacerdos intereſſe matrimonio, quando conſtitutio ſynodalis, aut Epiſcopus interdixiſſet parocho, delegare aſſiſtentiam matr. Videtur non ſufficere; quia voluntas parochi debet regulari ab ejus poteſtate, ergo ubi parochus non poteſt licite, quia Epiſcopus, vel ſynodus interdicit, non cenſetur ſub generalibus verbis dare eam licentiam. Id enim poſſumus, quod jure poſſumus, *c. Niſi, de renunciat. verſ. Pergravi*, ibi, *Non potuerit ſubticere*, ubi *gloſſ. v. Non potuerit*, explicat, ideſt, non debuerit. 2. quia in mandato generali non veniunt ea, per quæ dominus incidit in pœnam, *lib. 3. §. Si procurator, ff. quod quiſque juris*, & late tradit, *Jaſon, l. Si procurator, num. 4. & ſeq. ff. de condict. indeb.* at ſi in eo mandato generali includeretur, parochus incideret in pœnam conſtitutionis ſynodalis: ergo non cenſetur includi.

13 Ceterum dicendum eſt includi, & ſufficere eam licentiam. Tum, quia ſatis ſpecifice cenſetur concedere, dum concedit exercitium omnium ad curam pertinentium: tum etiam, quia conſuetudo ita declarat. Sic *Rota* dicens ita declaraſſe Cardinales, *in noviſſimis, dec. 750. n. 2. tom. 1.*

14 Ad arg. propoſita n. 12. dico. Ad 1. diſtinguendum eſſe conſequens, ſi non ſit aliqua ſpecialitas, qua declaretur id committi verum eſſe: ſecus ſi ſit talis ſpecialitas, ut contingit hic. Ad 2. eodem modo reſpondeo: in hoc enim caſu videtur ſpecifice concedere, ut declaravit conſuetudo.

15 QUÆSTIO III. An ſufficiat licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione, ut ſacerdos alienus aſſiſtat matrimonio? Videtur enim ex altera parte ſatis eſſe ratihabitionem de futuro. Quia nullus poteſt miniſtrare Euchariſtiam, aut extremam unctionem alieno parochiano, ſine proprii parochi licentia: cum hoc ſit proprium parochi munus, *Clem. Dudum, §. Verum ne parochiale, de ſepul. & Trid. ſeſſ. 24. cap. 13. de refor.* ſed poteſt alienus parochus miniſtrare ex ratihabitione de futuro, quando nimirum, attentis circumſtantiis perſonæ, temporis, & loci, probabiliter creditur ratum habiturum parochum, ut tradunt *Palud. 4. d. 23. q. 2. n. 14. D. Anton. 3. p. t. 14. c. 15. §. 5. Cajet. ſumm. v. Communionis miniſter. Silveſt. v. Unctio extrema, qu. 4.* ubi *Tabien. q. 5. Armil. n. 5. Sotus 4. d. 23. q. 2. art. 1. Navar. ſum. cap. 21. n. 52. Enriq. lib. l. 3 de Sacram. confir. c. 6. n. 6. Suar. 3. par. q. 82. ar. 3. diſp. 27. ſect. 2. §. Hinc ſequitur, Bart. a Ledeſm. de extrema unctione, dub. 6.* Ergo ſimiliter poterit aſſiſtere matr. ex ratihabitione de futuro, 2. quia ad audiendas confeſſiones requiritur ſimiliter licentia proprii ſacerdotis, *c. Omnibus utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* ſed ſatis eſt præſumpta ex ratihabitione de futuro: ut tradunt *Hoſt. ſum. tit. de pœnit. & remiſſ. §. Cui confitendum, n. 14. verſ. Octavo, Henric. d. c. Omnis utriuſque ſexus, nu. 24. verſ. 8. Jacob. de Cochis in repetitione ejuſdem cap. n. 116.* ſic enim ajunt; *Valet confeſſio, ſi alienus ſacerdos ponat ſpem ſuam in proprium ſacerdotem, ut ratum habeat: ergo ſimiliter ſufficiat in matr.* 3. probatur ex *c. Lugdunenſis 9. q. 2. cap.* ubi habetur D. Epiphanium promoviſſe ad ordines, quoſdam clericos diœceſis alienæ: quod nulla ratione ſalvari poteſt, niſi quia id proprium Epiſcopum ratum habiturum credidit: ut ait *ibi gloſſ. v. Quod ſanctus*: ergo ſimiliter ſat erit in matrim. pro legitima licentia ratihabitio de futuro. 4. probatur ex *c. Aqua, de conſecrat. Eccl.* ubi aſſerit Pontifex, reconciliationem Eccleſiæ non potuiſſe ex commiſſione Epiſcopi fieri per ſacerdotem ſimplicem, & ſubdit hæc, *Quod autem per reconciliationem factum eſt, miſericorditer toleramus.* Ubi *gl. v. Toleramus*, ait, *licet prima non valuerit, at incipit valere ex nunc.* Ergo ſimiliter quamvis matrim. abſque licentia de præſentia parochi eſſet nullum, ſaltem quando accedet ratihabitio ejus, incipiet valere: nec erit opus iterum celebrari. 5. prob. quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: *reg. Ratihabitionem, de reg. jur. in 6.* ſed ſi a principio interveniſſet mandatum parochi, eſſet validum matrimonium: ergo erit validum ex tunc, quando poſtea parochus ratificat licentiam.

16 Ex altera parte videtur omnino neceſſariam eſſe licentiam expreſſam, nec ſat eſſe ratihabitionem de præſenti. Quia *Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de matr.* dicit poſſe aſſiſtere alienum ſacerdotem de licentia parochi: at quoties ad aliquem actum exigitur licentia debet eſſe expreſſa, nec ſatis eſt tacita, & præſumpta: ut optime *gl. Clem. un. de teſt. v. Obtenta, & ibi Immol. n. 7. Lupus alleg. 86. n. 3. verſ. Quod ſint ſufficientia, Archid. cap. Si abbatem, paulo poſt princip. verſ. De latere, de elect. in 6. & ibi Jo. Andr. ſtatim in princ. Domin. ibi in princ. n. 2. verſ. Quæro an iſte abbas, Franc. ibi, num. 1. Corſet. in ſuis ſingular. lit. L. v. Licentia, verſ. Additio, licentiæ, Chaſſan in conſuet. Burgundiæ, rubr. 4. §. 7. num. 39 Bald. l. Obſervare, §. Poſt hæc, in fine, ff. de offic. proconſ. Tiraq.* alios allegans *poſt leges connub. gl. 7. n. 8. Plotus de in litem jurando, §. 8. n. 22. Menoch. conſ. 88. n. 7. vol. 2. & lib. 2. de arbit. cent. 5. nove addita, caſ. 453. n. 14. Avendan. in direct. v. Otogarmiento, Anton. Gabr. 2. tom. comm. lib. 20. v. Licentia, fol. 59. Mexia l. Toleti, 2. fundam. p. 9. n. 46. Perez lib. 5. ordin. tit. 2. l. 4. verſ. Octavo eſt dubium, f. 139 col. 2. Paz pract. t. 1. p. 1. tempore 2. n. 27. n. 28.* Ergo non ſat eſt ad matr. licentia præſumpta per ratihabitionem, ſed deſideratur expreſſa. Et ita in propriis terminis matr. exigi licentiam expreſſam, nec ſat eſſe tacitam, & præſumptam, docet *Menoch. duobus locis proxime citatis, & conſ. 398. n. 15. vol. 4. Segura 2. par. direct. cap. 15. n. 48. Enriq. lib. 11. de matr. cap. 3. n. 5. Manuel 1. tom. ſum. cap. 219. num. 14. in 2. edit.* Et videtur tenere *Veracr. append. ad ſpeculum, dub. 5 concluſ. 3.* ait enim abſolute non ſufficere ratihabitionem, & in alio ſimili, nempe, ad valorem confeſſionis, non ſufficere ratihabitionem de præſenti, docet *Tabien. Abſol. 1. n. 43. fin.*

I. Concluſio, licentia tacita ex ratihabitione de futuro, qua, 17
ſcilicet alienus ſacerdos probabiliter credit parochum ratihabiturum, non eſt ſufficiens, ut ſit validum matrimonium. Probat. quia quod ſub ratihabitione de futuro ſit, quamvis voce tunc fiat, at re vera, ut pendens ſit, itaut poſſit poſtea ratificari, & irritari, ſed valor Sacramenti non poteſt eſſe in pendenti, ſed ſtatim aut debet eſſe validum, aut irritum: ergo non eſt validum, quando eſt tantum ratihabitio de futuro. Et confirmatur, quia cum ea licentia ad matrimonii valorem requiratur, debet adeſſe, dum matrimonium celebratur: at cum eſt tantum ratihabitio de futuro, non eſt licentia de præſenti, cum celebratur matrimonium: ergo non ſufficit. Hæc concluſio eſt certiſſima, & ultra Doctores, quos referam in 2. concl. n. 20. omnes enim illi eam affirmant in alio ſimili, nempe, in licentia ad audiendum confeſſiones: docent in eodem caſu confeſſionis, *Henric. de Gandavo quodl. 1. q. 3. Palud. 4. d. 17. q. 3. fin. Gabr. eadem d. q. 2. ar. 3. dub. 2. ad fin. Capreol. 4. d. 19. q. unic. ar. 3. ad 1. contra 3. concl. D. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 4. fin. Cajet. v. Abſolutio, cap. 1. §. Circa oppoſitionem, F. Alexand. ſum. p. 1. cap. 5. de poteſt. confeſſor. num. 55. Suar. 3. p. q. 82. ar. 3. diſp. 72. ſect. 2. §. Hinc ſequitur*: quamvis enim hi Doctores minime diſtinguant, an ſit ratihabitio de futuro, vel de præſenti: ex eorum tamen rationibus aperte colligitur, loqui de ratihabitione de futuro.

Hinc infertur, licentiam parochi, ut alienus ſacerdos inter- 18
ſit matrimonio, debere neceſſario præcedere, ut validum ſit. Sic *Menoch. conſ. 188. n. 7. vol. 2. Salcedo pract. cap. 73. ver. 13. Man. 1. t. ſum. 2. edit. c. 218. n. 14.* Et ratio eſt, quia quoties ad actus valorem deſideratur licentia, debet ea neceſſario præcedere: *auth. Licentia, C. de Epiſcopis, & cler. l. Si quis mihi bona, §. Juſſum, ff. de acquir. hæred.* & docent multis relatis *Tiraq. poſt leges connub. gl. 6. n. 7. Rebuff. de verb. ſignif. lib. 52. §. Item dubitandum eſt, ver. Item in licentia, Lamber. de jure patron. l. p. 2. q. 1. ar. 16. num. 8. Greg. Lop. lib. 13. v. Otorgamiento to. 6 par. 6. Anto. Gom.* multis exornans *l. 42. Tauri, n. 1. Matie. lib. 5. recop. tit. 3. l. 5. gl. 1. n. 4. & tit. 7. l. 3. gl. 1.*

Si autem eodem die licentia conceſſa ſit, & matrimonium 19
initum, nec conſtat, utrum horum præceſſerit, præſumitur licentiam præceſſiſſe. Quando enim duo actus eodem die fiunt, nec conſtat, uter eorum præceſſerit, is actus præcedere cenſendus eſt, qui neceſſarius eſt ad actus valorem, *l. Cum in teſtam. §. Hæc verba, ubi per ſcribentes, ff. de hæred. inſt.* & docent *Alciat. de præſum. reg. 3. præſump. 42. initio, Anto. Gom. l. 42. Tauri, n. 3. & 4.* & multi quos refert, & ſequitur *Molina l. 2. de primog. cap. 7. n. 51. Maſc. de probat. concl. 1357. num. 31.* Et ratio eſt, quia in dubio eſt potius accipienda præſumptio, ut actus valeat, quam pereat, *l. Quoties la 2. ff. de rebus dub. l. Quoties, ff. de verb. ſignif. Alciat. d. reg. 3. præſump. 3. 4. n. 1.* & latiſſime *Menoch. de præſump. lib. 6. tota præſum. 4. n. 5.* cum multis ait, licet prioritas præſumatur ſecundum ordinem litteræ, ſecus eſſe, ubi actus redderetur nullus. Quod maxime verum eſt in re favorabili, qualis eſt matrimonium, pro quo in dubio judicandum eſt, *c. fin. de ſent. & re jud.* Atque ita in hoc caſu matrimonii præſumi licentiam præceſſiſſe, docet *Rota in noviſſimis, dec. 750. n. 11. & 12. tom. 1.*

II. Concluſio, licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione 20
de præſenti, ſufficit, ut alienus ſacerdos poſſit intereſſe matrim. ut quando vidente, & ſciente, ac tacente Ordinario, aut parocho, potentique contradicere, aſſiſtit. Prob. 1. quia ſcientia, & patientia in iis, quæ ſunt modici præjudicii, operatur conſenſum: ut tradunt *Bart. l. Quæ dotis, nu. 24. ff. ſolut. matrim. Abb. c. Nonne n. 3. de præſump.* & multis citatis, *Maſcard. de probat. concl. 1158. num. 34.* ſed hæc aſſiſtentia matrimonio, modicum, aut nullum præjudicium infert parocho: ergo illa ſcientia, & patientia inducit conſenſum, & legitimam licentiam. 2. quia ubi requiritur licentia in actu, ſufficit tacita, & præſumpta ex ratihabitione de præſenti: ut multis comprobat *Jo. Lup. rub. de donat. §. 68. n. 27. Corſet. in ſuis ſingul. litt. L. v. Licentia*, 3. quia eodem tenore *c. Omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* petitur licentia proprii ſacerdotis, ut alienus valeat audire confeſſiones, & tamen ſufficit licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione de præſenti. Ut optime docent *Roſell. Confeſſio Sacramental. 3. num. 31. Angel. Confeſſio 4. num. 30. Silv. Confeſſ. 1. qu. 6. fin. & qu. 15. Cajet. ſum. v. Abſolutio ex parte abſolventis, ver. Licentia, Tab. v. Abſolutio, num. 42.* ubi *Armil. num. 17. Victoria ſum. de confeſſion. num. 153 Metin. tr. 2. de confeſſ. qu. de multiplici licentia alieno fatendi a ver. Corollarie ſequitur ex dictis: Sot. 4. d. 18. q. 4. art. 3. ver. Circa confeſſiones, Led. 2. p. quæſt. 7. art. 5. dub. 3. Navar. ſumm. cap. 9. Hiſp. num. 5. Lat. num. 6. & c. Placuit n. 105. d. pœnit. d. 6. Margarita confeſſor. f. 10. col. 2. Palac. 4. d. 17. diſp. 7. f. 261. col. 1. fin. verſ. Quamobrem, Enriq. lib. 6. de pæn. 13. n. 13. Bart. a Led. de pœnit. dub. 28. Lud. Lop. 1. p. inſtr. c. 38. paulo poſt princ. Vega l. 4. ſum. caſ. 129. Capua l. 1. dec. c. 17. nu. 3. & 4. Maur. Ant. Corona confeſſ. 4. p. de confeſſ. c. de miniſtro, num. 52. dub. 5.* Et confi. quia *l. 55. Tauri, hodie l. 2. t. 3. l. 3. recop.* exigitur licentia mariti, ut uxor valide contrahat: & tamen frequentior ſententia habet, ſatis eſſe tacitam ex ratihabitione de præſenti, ut quando uxor vidente, & tacente marito contrahit: ut docent *Ciſuentes ea l. 55. q. 14.* & ibi *Ant. Gom. n. 5. Matien. l. 5. recop. t. 3. l. 3. gl. 1. n. 7. Azeb. eod. t. 3. l. 2. n. 10.* Confir. 2. nam *c. fin. de offic. vicar. in 6.* dicitur vicarium non poſſe conferre beneficia, niſi ei ſpecialiter committatur, & tamen ſi Vicarius revocatione licentiæ ſibi intimata, conferat vidente, & patiente Epiſcopo, vallet collatio, juxta communem ſent. quam tenent *Boer. deciſ. 347. num. 13. Anaſt. Germ. de indul. §. Tibi quoad vixeris, num. 65.* ergo a fortiori in noſtro caſu, ubi non requiritur ſpecialis licentia: ut probavi n. 7. Tandem, quia procurator revocatus, gerens negotia, ſciente, & patiente domino, valde agit: ut docet *gl. celebris, l. Qui mutuam, v. Inſtauraverit, ff. mandati.* Et procurator excedens fines mandati, ſciente, & patiente domino, ipſi nocet: ut bene *Fel. c. 1. n. 12. ut lite non conteſt. Jaſon l. Si procurator n. 17. limit. 6. ff. de condict. indebiti.* Quæ omnia ideo vera ſunt, quia illa ſcientia, & patientia habetur pro legitima licentia: ergo ſimiliter dicendum eſt in matrimonio.



21 Idem prorſus dicendum eſt, quando ratihabitio eſt de præterito (quam n. 1. explicui.) Quia adhuc verificatur licentiam præcedere. Et ita in ſimili, nempe ad audiendas confeſſiones ſatis eſſe hanc ratihabitionem docent *Sotus Enriq. Bart. a Ledeſ. Vega, Maurus Anton. alleg. n. præced.*

22 Monuerim tamen, eam præſentiam cum taciturnitate, non eſſe approbationem, & licentiam ſimpliciter, ſed pro eo actu. Quia licet daret parochus licentiam expreſſam, ad aſſiſtendum illi matrimonio, vel audiendum illam confeſſionem, non eſſet licentia ſimpliciter. Sic *Enriq. lib. 6. de pæn. c. 13. n. 13.*

23 Utrum autem, ſi Ordinarius, aut parochus, videns, & tacens alienum ſacerdotem audire confeſſionem, aut intereſſe matrimonio, non conſentiat interius, adhuc valeat matrimonium, & confeſſio? diximus hoc 3. lib. diſp. 22. n. 64.

24 Ad arg. propoſita n. 11. ad probandum ſatis eſſe ratihabitionem de futuro, reſpondeo. Ad 1 latam eſſe differentiam, quando enim licentia, & juriſdictio eſt neceſſaria ad ſubſtantiam, & valorem rei, ut in pœnitentia, & matrimonio, non ſatis eſt ratihabitio de futuro. Quia (ut probavi n. 18.) licentia debet præcedere, at in ratihabitione de futuro, non præcedit licentia, & conſenſus, ſed tantum eſt probabilis præſumptio conſenſus poſtea præſtandi. Ubi autem non requiritur ad ſubſtantiam actus, ſed ad ſolum debitum ordinem, ut in reliquis Sacramentis, ſatis eſt probabilis ſpes, & præſumptio voluntatis paſtoris. Ad 2. dic illos DD. intelligendos eſſe de ratihabitione de præſenti, alias eorum doctrinam non eſſe admittendam. Ad 3. dico ſicut ad 1. ad eſſentiam ordinum non requiri licentiam proprii Epiſcopi, ſed ut licite miniſtrentur: & ideo non mirum eſt, ſi ratihabitio de futuro excuſet. Vel 2. ſenſum eſſe, ut illa ratihabitio, & conſenſus poſtea præſtitus ab Epiſcopo, ſat ſit ut ſic promotus poſſit in ordine ſuſcepto miniſtrare: ut docet *gloſ. eod. c. Lugdun. v. Poterit*, & multi alii. Ad 4. dico diſparem eſſe rationem: quia in Sacramentalibus, cum ſolemnitas ſit de jure Eccleſiaſtico, poteſt illam Pontifex mutare, & ſic ſupplere defectum omiſſum, ut ex tunc incipiat valere: ſecus in matrimonio, ubi ſi ſemel non valuit, non poteſt Eccleſia facere, ut ex nunc valeat, niſi contrahentes renovent conſenſus. Sic explicant id *c. Aqua gloſ. ibi, v. Toleramus, Ant. ibi, n. 10. Palud. 4. d. 17. q. 3. fin.* Ad 5. dico ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari, quando valor actus pendet ex ſolo mandato, & voluntate domini: ſecus quando pendet ab alio, ut eſt confeſſio, quæ pendet a voluntate confitendi, pœnitentis, ac ejus diſpoſitione, & ex intentione abſolvendi, miniſtri, ejuſque abſolutione: & matrim. pendet ex contrahentium mutuo conſenſu, quæ cum requiſita ſint ad horum Sacramentorum valorem, ſi a principio invalida fuerunt, eſt neceſſarium, ut repetantur. Ad arg. pro altera parte propoſitum n. 16. neganda eſt ea doctrina: ex multis enim probavi n. 20. quando requiritur licentia abſolute, non requiri expreſſam, ſed ſat eſſe tacitam: & forte declaratio Cardinalium, quod requiratur expreſſa in matrim. intelligenda eſt, ut diſtinguitur contra tacitam, ex ratihabitione de futuro.

## DISPUTATIO XXXVI.

An ſi Ordinarius, vel parochus conceſſit alicui ſacerdoti licentiam aſſiſtendi matrimonio, & is ſacerdos nondum certior factus de dicta licentia, vel conſcius non per nuncium deſtinatum, aſſiſtat, valeat matrimonium? vel ſi revocata eſt, & ſacerdos ignorat revocationem, vel ſciret non per nuncium deſtinatum, an poſſit ad libitum revocari?

### SUMMARIUM.

*Proponitur opinio aſſerens privilegium, vel diſpenſationem prodeſſe a tempore conceſſionis, etiam ignoranti, n. 1.*
*Non prodeſt donec veniat in notitiam ejus, cui conceditur, 2.*
*Quid, quando privilegium non conceditur per modum reſcripti: ſed per modum ſtatuti, vel conſtitutionis, n. 3. Et an revocari poſſit ante notitiam ejus, cui conceditur, nu. 4. Et ibi explicatur c. Si tibi abſenti, de præb. in 6.*
*An exigatur notitia privilegii, etiam in eo, in cujus damnum cedit, 5.*
*An ſi privilegium impetretur per nuncium, aut procuratorem, ſufficiat ejus notitia, 6.*
*An ſatis ſit, ut quidam, qui caſu vidit privilegium concedi, illud intimet, 7.*
*Quid, ſi parochus conceſſerat licentiam aſſiſtendi matrimon. & ignarus licentiæ, vel admonitus ſacerdos a quodam, qui caſu audivit, interſit, num. 8. Et ibi, juriſdictio alicui conceſſa non prodeſt, dum eam ignorat, nec poteſt concedi actu interno.*
*Quid, ſi revocata eſt licentia, & ſacerdos ignorabat, & an poſſit ad libitum revocari, 9.*
*Solvuntur arg. & explicantur l. Licet, C. de repud. & l. 2. §. 1. ff. de judiciis, n. 10. Et ibi, ſimile non eſt in omnibus ſimile, tale enim non eſt ſimile, ſed idem.*

QUÆSTIO hæc pendet ex illa. An privilegium proſit igno- 1
ranti illud, a tempore quo conceſſum eſt, vel a tempore quo ejus notitiam habet. Quare hæc quæſtio præmittenda eſt. Quidam ergo exiſtimant, privilegium prodeſſe a tempore conceſſionis, nec ejus ſcientiam, ac intimationem requiri, ut valida ſint virtute illius geſta. Prob. 1. ex *l. Licet, C. de repud.* ubi habetur diſſolvi matr. quamvis repudii libellus non ſit traditus, nec cognitus viro: ergo non requiritur privilegii notitia, ut proſit. 2. quia voluntas ſive diſpoſitio principis æquiparatur voluntati teſtatoris: *auth. de nuptiis, §. Diſponat, collat. 4.* ſed legatum relictum a teſtatore acquiritur ignoranti, a tempore teſtamenti, *l. Cum pater, §. Surdo, ff. de legat. 2.* ergo & privilegium, quod a principis voluntate, & diſpoſitione ortum habet, proderit a tempore conceſſionis, etiam ignoranti. 3. ex *l. 2. §. 1. ff. de judic.* ubi ignorans habet exercitium juriſdictionis prorogatæ, cum tamen hoc ſit quoddam privilegium. 4. ex doctrina *Bart. l. fin. n. 5. C. de ſent. paſſis*, ubi docet prodeſſe reſtitutionem deportati, ignoranti: per *l. Ejus qui in provincia, §. fin. ff. ſi cert. pet.* ubi libertas conceſſa per teſtatorem, acquiritur ignoranti: ſed ea reſtitutio deportati, eſt privilegium: ergo. Et ita hanc partem tuentur *Archid. c. Propoſuiſti, d. 82. ad fin. verſ. In ea gl. ibi, ſex menſes: Petr. & Cynus* quos refert, & ſequitur *Alber. l. Benef. n. 16. ff. de conſtit. princ. Paul. in proœm. Clem. §. De cetero, & ibi Bonifac. §. Nunc igitur, n. 49. Immol. cap. 2. de conſtit. n. 6. verſ. Item adverte, Bertach. in ſuo repert. lit. P. v. Privil. in princ. ſub n. 30. verſ. Privil. favorabile.* Idem tenet *Angel. v. Renunciatio, n. 5. fin.* quando ad inſtantiam obtinentis privilegium, vel per ejus nuncium, aut procuratorem impetratur: vel motu proprio conceditur. Et ejuſdem ſent. videntur eſſe *Sotus 4. d. 29. q. 1. art. 1. ad fin. verſ. Poſtremo, Veracr. append. ad dub. 19. 1. p. ſpecul. §. At ſi poteſt diſpenſat Lud. Lop. 2. par. inſtr. de matr. c. 42. f. 1087. col. 1.* dicunt enim, ante Trid. ſi duo contraxiſſent ſponſalia, habentes impedimentum dirimens, & poſtea conceſſa impedimenti diſpenſatione, commiſti eſſent affectu uxorio, ea ſponſalia in matrim. tranſiſſe, quamvis ignorarent diſpenſationem conceſſam eſſe: & ita aperte ſentiunt diſpenſationem prodeſſe ignoranti.

Dicendum tamen omnino eſt, tantum ſortiri ſuum effectum 2
privilegium a tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur. Probatur ex *c. 1. ad medium, verſ. Ex parte, de conceſ. præb. in 6.* ubi expreſſe habetur privilegium prodeſſe a tempore ſcientiæ. Et licet id non videatur probare, quia eſt allegatio partis adverſæ: at cum Pontifex in fine illius textus, pro parte illa reſcribat, videtur ejus fundamentum approbare: 2. probatur ex *c. Si tibi abſenti, de præb. in 6.* ibi, *Si tibi abſenti conferatur beneficium, licet per collationem hujuſmodi, donec eam ratam habueris, jus in beneficio non acquiras*; ergo privilegium non acquiritur abſenti, donec ſciat. 3. Prob. ex *l. fin. C. de conſulib. l. 12.* ubi dicitur filium egredi a patris poteſtate per dignitatem conſularem; illico a litteris præſtitis. Ubi *gl. initio*, inquit, ideſt, præſentatis ſibi litteris ſuæ electionis. Ergo 4. ex *l. Qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſ.* ibi, *Qui abſenti ſervo ſcribit, ut libertate moretur, non eam mentem habet, ut ſtatim velit ſervi poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſervus certior factus fuerit.* Ergo privilegium non prodeſt ante ejus notitiam. 5. quia privilegium eſt quædam donatio: ut docent *Anchar. & Francus ſtatim allegandi*, hæc autem non acquiritur abſenti, ante acceptationem (ut dixi lib. 1. diſp. 6. n. 2.) Tandem probatur ex *auth. Quibus modis naturales efficiantur, ſui, §. Illud tamen, verſ. Generaliter autem, collat. 7.* ibi, *Generaliter autem in omnibus, qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum jus, tunc hoc volumus obtinere, dum & filii hoc ratum habuerunt.* Ubi probatur, legitimationem non prodeſſe abſenti, donec ad ejus notitiam pervenerit: & tamen eſt quoddam privilegium: ergo. Sic tenent *gl. c. 1. de conceſſ. præb. in 6. v. Vim ſuam, & ibi Archid. nu. 3. v. Facultatem, Innoc. ibi, num. 6. v. Facultatem, Hoſt. ibi, col. 5. eod. v. Jo. And. ibi, num. 8. Anch. num. 6. Domin. ibi, §. Ex parte, nu. 5. Franc. eod. §. num. 3. Ant. in proœm. decret. § Greg. num. 26. Abb. c. 2. de conſt. nu. 7.* ubi *Alex. de Nevo num. 29. Dec. in 1. lect. n. 44. Felin. num. 7. verſ. Tertio limita, Berojus num. 48. Card. in proœm. Clem. v. Univerſitati, q. 5. Dynus lib. 1. ad fin. ff. de bonis poſſeſſis ex teſtament. militis, Bart. l. Benefi. num. 4. ff. de conſtit. princ. & ibi Bald. num. 15. Jaſon num. 46.*